Zu der

am 10. und 11. März zu veranstaltenden

öffentlichen Prüfung

sämmtlicher Klassen des Elisabetanischen Gymnasiums

und der damit verbundnen

Redeübung und Entlassung der Abiturienten am 12. März

ladet

die Beschützer, Gönner und Freunde des Gymnasiums und des Schulwesens

ehrerbietigst ein

Nathanael August Weichert,
Prorector und Professor am Elisabetan

Inhalt:

Breslau 1845.
Gedruckt bei Grass, Barth und Comp.

DE IN PRAEPOSITIONIS USU PLAUTINO.

I.

1. *In* praepositio cum ablativo iuncta, cui opposita est *extra*, significat aliquid *intra* fines alicuius loci aut rei contineri, fieri, agi. Qui fines ita sunt cogitandi, ut non solum includant planitiem aliquam in latitudinem patentem, sed etiam rem corpoream; itaque *in* aliquid et in superiore alicuius rei parte positum et in interiore parte totius rei corporeae inclusum esse indicat. Nos non eadem utimur praepositione in his notionibus indicandis; alterum enim dicimus auf, alterum in. Sufficiat pauca utriusque notionis exempla afferre: Rud. 2, 6, 29. *Piscibus in alto, crédo, praebent pábulum,* et ib. 4, 1, 8. *Nám pol placido te ét clementi meo úsque modo ut volui úsus sum in alto;* illud est im Meere, hoc auf dem Meere. *In aedibus* semper est im Hause, *in foro* auf dem Markte; *in fano* im Heiligthum, *in via* auf der Straße. Ea notio loci a rebus, quae sensibus percipiuntur, facillime transfertur ad res cogitatas.

Quin in eapse aede Dianaï cónditum est (aurum), Bacch. 2, 3, 78.[1]) *in illisce habitat aédibus,* Amph. prol. 97. Cas. prol. 36. *hab. in ill. aed.,* Poen. prol. 73. *non tu in ill. aed. Habitas?* Men. 2, 2, 33. *is in illis h. aed.,* Poen. prol. 95. *habitat hisce in aed.,* Most. 4, 2, 35.[2]) *Tún' senex ais habitare méd in illisce aed.?* Men. 5, 2, 68. *qui in hisce habitat aed.,* Trin. prol. 12. *Tánquam si intus nátus nemo in aed. habitet,* Most. 2, 1, 55. *quin ea sit in his aed.,* Mil. 2, 3, 61. *Quid tibi istic hisce in aed. debétur?* Mil. 2, 5, 11. *Duráre nequeo in aed.,* Amph. 3, 2, 1. *óbtruncabo in aed.,* ib. 4, 3, 16. *Jam tánta mira in aed. sunt fácta,* ib. 5, 1, 5. *In aed. — nimia mira vidi,* ib. v. 28. *Neque ésse ser-*

---

[1]) vulg. *ipsa — Dianae,* cf. Ritschl.

[2]) vulg. *in* abest, ΔΘp, i. e. Cod. Pal. Vetus et Pal. Dec. teste Pareo, *his aed.,* Θs, i. e. idem Pal. Dec. teste Schneidero, *histedibus.*

vom in aed. eri, qui sit pluris quam ille est, Asin. 2, 4, 29. [1]) (esse) *in aedibus*, Asin. 4 1, 17. Aul. 2, 5, 13. 2, 7, 8. 3, 2, 13. Mil. 2, 6, 3. Merc. 4, 1, 18. 5, 2, 60. Pseud. 3, 2, 105. *plús plaustrorum in aed. Videás quam ruri, quándo ad vilam véneris*, Aul. 3, 5, 31. (unde intelligitur *aedes* esse urbanas.) *Hic in aed.* (vidi), Amph. 2, 2, 68. *Vidisse eam credo mulierem in aed.*, Merc. 4, 3, 7. [2]) *qui mihi omnis ángulos Furum impleuisti in aed. miseró mihi*, Aul. 3, 6, 16. *Forés pultare néscis. Ecqui in aédibust?* Bacch. 4, 1, 9. [3]) *Defodit — in hisce aed.*, Most. 2, 2, 71. cf. v. 51. *nemo in aed. Servat*, ib. 21. *me reliquit — in aed.*, Poen. 5, 5, 4. *aedificare — in suis* (aed.), Most. 3, 2, 68. *in tuis*, ib. 4, 3, 34. *quod opus sit fácto, facere in aed.*, Stich. 1, 2, 4. *Thesaúrum mihi demónstravit in hisce aed.*, Trin. 1, 2, 113. *Ita disciplina in aédibust lenóniis*, Truc. 1, 1, 30. [4]) *músca nulla foémina est in aed.*, Truc. 2, 2, 29. *in totis aed. – bibitur*, Poen. 4, 2, 12. (sed *totis aedibus*, Cas. 4, 1, 5.) *I'n domo esse istác*, Curc. 1, 3, 53. *in nostra domo est*, Cas. 3, 4, 29. *in n. e. d.*, Pseud. 1, 1, 82. *Treceni cum stant phylacistae in atriis*, Aul. 3, 5, 44. [5]) *In súperiore qui habito* (Iupiter) *coenáculo*, Amph. 3, 1, 3. *In eó conclavi égo pérfodi párietem*, Mil. 2, 1, 64. *Hic in conclavi quódam* (thesaurum demonstravit), Trin. 1, 2, 114. *in cúbiculo* (cubui), Amph. 2, 2, 176. *in cúb. Deme istuc*, Asin. 4, 1, 42. *in cub. ármigerum ornant*, Cas. 4, 1, 11. *piscari in aëre*, Asin. 1, 1, 86. *Nullam ésse opinor ego agrum in agro Attico*, Ep. 2, 3, 1. [6]) *illic habitat Daémones In agro átque vila próxuma proptér mare*, Rud. prol. 34. *Acherontis óstium in nostró'st agro*, Trin. 2, 4, 124. *Vtcúnque in alto véntust*, Ep. 1, 1, 47. *placido te — usus sum in alto*, Trin. 4, 1, 8. *in alto Distraxissent — me*, ib. 13. *Piscíbus in alto, crédo,*

---

[1]) vulg. *Neque eo esse* et *sit* pro *est*; illud *eo* om. Par. Pr. et cod. Lips. et fort. etiam codd. Pall.; *sit* tuentur omnes contra versum, quanquam Weis. servari posse censet, „dummodo *ille* una syllaba pronuncietur," quod in extremo versu vix est credibile.

[2]) delendum quidem videtur *eam* cum ΔΘps, L. Pr., sed fort. *hic* inserendum post *mulierem*.

[3]) vulg. *ecquis his in aedibus est* contra versum; W. *Ecquis in aedibust*, Ritschl. *Nescis fores pultáre. Ecqui his in aédibus?* Mihi *his* eiiciendum et *ecqui*, quod substantivi notione usitatissimum est apud Plautum, scribendum videtur; idem v. 10 sq. ad restituendos numeros faciendum:

Heus, écquis hic est? écqui hoc aperit óstium?
Ecqui éxit? P. Quid istuc? quae ístaec est pultátio?

nam quae a Pistocleri verbis: *Quid istuc?* incipit scena secunda cum praecedente prima in unam coniungenda est, quod iam W. fecit. Utroque loco vulg. *ecquis hoc* et *Ecquis exit* servaverunt.

[4]) Θs *ita inaedibus lenosis*, Δp *Iteca in aed. lenosis*; hinc Both. in ed. trium fabularum ann. 1840. *Quasi apotheca est in aed. lenoniis.*

[5]) si verba genuina sunt, versus transpositione sanari poterit: *Trecéni phylacistaé cum stant in átriis.*

[6]) cf. Brix. Quaest. p. 42 sq.

praebent pábulum, Rud. 2, 6, 29. *Nam illa me in alvo ménses gestavit decem, At ego íllam in alvo gésto plus annós decem*, Stich. 1, 3, 5. sq. *Ecquem in angipórtu hoc hominem* (i. e. habitantem) *tú novisti?* Pseud. 4, 2, 15. *Óstium quod in ángiportu est, hórti patefeci fores*, Most. 5, 1, 5. *Tantó mi aegritúdo auctiór est in ánimo*, Capt. 4, 2, 2. *Quidquid incerti mi in animo prius aut ambiguúm fuit*, Pseud. 2, 4, 69. *Quod quisque in animo habét*, Trin. 1, 2, 169. *Quanta ést cura in ánimo*, Truc. 2, 5, 5. *Neque úlla'st confidéntia iam in córde quin amiserim*, Amph. 5, 1, 2. [1]) *Sátin' istuc tibi in c. certum est?* Cist. 2, 1, 33. [2]) *Iám senatum cónvocabo in c. consiliárium*, Ep. 1, 2, 56. *Dum cóncenturio in c. sycophántias*, Pseud. 1, 5, 159. *in meó c. — Eám rem volútavi*, Most. 1, 2, 3. *sed quid est, P., Quód volutas túte tecum in c.*, Mil. 2, 2, 41. (sed solus abl. Merc. 2, 3, 12. *Nec quid corde núnc consili capere póssim, Sció.*) *Madént iam in c. párietes*, Most. 1, 3, 9. *nec — mi ulla spes in c. certa est*, Merc. 2, 3, 29. *Quín in c. instrúere quondam coépit thermopólium*, Pseud. 2, 4, 52. *Cupido in c. vorsatur*, Poen. 1, 1, 68. *Iám tenes praecépta in c.?* ib. 3, 2, 1. *Multás res simitu in meó c. vórso*, Trin. 2, 1, 1. *Nam epístula illa mihi concenturiát metum In c.*, ib. 4, 2, 160 sq. *Cumque eam rem in corde agito*, Truc. 2, 5, 3. *Spés átque opes vitaé meae iacént sepultae in péctore*, Amph. 5, 1, 1. *Quanto in p. hánc rem meó magis volúto*, Capt. 4, 2, 1. *Núnc experior sítne acetum tibi cor acre in p.*, Bacch. 3, 3, 1. *Ecquid habet is homo aceti in p.?* Pseud. 2, 4, 49. [3]) *multa mala mi in p. — eveniunt*, Bacch. 4, 3, 14. *Quám magis in meo p. foveo* (i. e. considero), Bacch. 4, 10, 1. [4]) *idem mihi morbus in p. est*, Bacch. 5, 1, 24. *quoi nulla in p. est audácia*, Most. 2, 1, 61. *Ita ánimi decem in p. íncerti cértant*, Merc. 2, 3, 11. *in p. consili quod* (i. e. quantum) *est*, Most. 4, 1, 9. *meo in p. conditum est consilium*, Pseud. 2, 1, 2. *in p. condita sunt* (omnia consilia), ib. 4, 1, 31. *nam ego in meo P. prius ita paravi copias*, ib. 2, 1, 4 sq. *istic* (i. e. in tabellis) *meus animus núnc est, non in p.*, ib. 1, 1, 32. *Inést amoris mácula huic homini in p.*, Poen. 1, 1, 70. *mihi multae in p. sunt curae*, Rud. 1, 4, 2. *Suspício est in p. alienó sita*, Trin. 1, 2, 45. *Sed haéc res mihi in p. ét corde dúra est*, Men. 5. 2, 9. *Íta' mi in p. átque in corde fácit amor incéndium*, Merc. 3, 4, 3. *metuo né in aqua summá natet* (sors), Cas. 2, 6, 33. *Pérnam, callum, glándium, sumen fáce in aqua iaceánt; satin' audis?* Pseud. 1, 2, 33. [5])

---

1) vulg. *in meo corde.*

2) vulg. *tibi istuc.*

3) hiatus displicet; fort. legendum: *Écquid hábet homo iste acéti in p.?* Pronomen enim *iste* h. l. aptissimum est, cum referatur ad hominem, de quo alter sermocinantium locutus est.

4) vulg. *pectore meo.*

5) vulg. *facite.*

Vbi ést id aurum? St. in árca apud me, Aul. 5, 15. *quod modo fassus es Esse in arca,* ib. 21. *elotum in bálineis*, Trin. 2, 4, 5. *píngues fiunt aúro in barbariá boves*, Poen. 3, 2, 21. *iám facite in biclínio — accubitum eátis*, Bacch. 4, 4, 102. *servavi in cámpis Gurgustidoniis*, Mil. 1, 1, 13. *pórro illic longe úsque in campis últimis* (habito), Rud. 4, 3, 95. *face ut oculi lócus in capite appáreat*, Men. 5, 7, 25. *Ego dabo ignem, siquidem in capite tŭo conflandi cópia'st*, Rud. 3, 4, 60. *Locus nón praeberi pótis est in Capitólio*, Curc. 2, 2, 19. *in robusto cárcere* (perire), Curc. 5, 3, 14. *utinám vades desint, in c. út sis*, Pers. 2, 4, 18. *Vtinam — In c. illo pótius cubuissém die*, Rud. 2, 6, 14. *I'n carnario* (esse), Curc. 2, 3, 13. *sóla ego in castéria V'bi quiesco*, Asin. 3, 1, 16. *Vt his in cavea pígnus cápiantúr togae*, Amph. prol. 68. *in c. si forent Conclúsi*, Curc. 3, 79. *quod verbum in c. dixit histrio*, Truc. 5, 39. *in cella est*, Mil. 3, 2, 38. *in c. vinária Bacchánal facitis*, ib. 43. *sóspitem Vidi in publicá celoce*, Capt. 4, 2, 94. *iam imperatum in cera inest*, Bacch. 4, 4, 81. *Expréssam in cera ex ánulo suam imáginem* (reliquit), Pseud. 1, 1, 54. *ibidem in cercuro, in stega In amícitiam — convortimus*, Stich. 3, 1, 12 sq. *iam in cerebro cólaphos abstrudám tuo*, Rud. 4, 3, 68. *Mirúm quin grex venálium in cistélla infuerit úna*, Cist. 4, 2, 67. *in cistellula* (est patera), Amph. 1, 1, 264. [1]) *in hac c. — fertur*, ib. 2, 2, 141. *hic pátera nulla in cístula'st*, ib. 160. *I'stic in ista cistula insunt* (crepundia), Rud. 4, 4, 38. *Dŭodecim dis plús quam in coelo dĕorum est immortálium*, Ep. 5, 2, 10. [2]) *hic haberet regnum in coelo*, Mil. 4, 2, 91. *Nam in columbari cóllum haud multo póst erit*, Rud. 3, 6, 50. *Qui* (Iupiter) *in cólumine astat súmmo*, Trin. 1, 2, 48. [3]) *servulo in comoediis* (qualis est in c.), Amph. 3, 4, 4. *Inést lepos — in hac c.*, Asin. prol. 13. *in hac c. In úrbem non redibit*, Cas. prol. 64. *Faciet — in hac — c.*, ib. 83. *in hac* (fabula) *— sunt*, Capt. cat. 2. *postrema in c.* (i. e. in extrema parte c.), Cist. cat. 6. *Optumas frustrátiones déderis in comoédiis*, Most, 5, 2, 30. *poetae fáciunt in c.*, Men. prol. 7. *ut alios in c. Vidi facere*, Merc. 1, 1, 3. *quae in c. Solént lenoni dici*, Pseud. 4, 6, 19. *in aliis c. fit*, ib. 4, 8, 3. *alios in tragoediis Vidi*, Amph. prol. 41. *prodit in tragoedia*, ib. 93. *A'ntiquom poétam audivi scrípsisse in tr.*, Curc. 5, 1, 1. *Vulcanum in córnu* (i. e. in laterna cornea) *conclusúm geris*, Amph. 1, 1, 185. *amoris áli quantum habeo humórisque etiam in córpore*, Mil. 3, 1, 45. [4]) *viginti minae hic insunt in*

---

[1]) vulg. *in cistula.*

[2]) vulg. *est deorum.*

[3]) vulg. *Quod* i. e. Capitolium, em. Becker. Quaest. p. 30 sqq.; *columine* pro vulg. *culmine* e cod. Ambros. est; eademque forma probatur etiam aliis locis Plautinis, velut Cas. 3, 2, 6. *senati columen* et Ep. 2, 2, 5. *senati qui columen cluent.*

[4]) vulg. *aliquantulum* contra Θs, Par.; *meo* ante *etiam* om. Lips. Pr.; Θs *me.*

crumína, Asin. 3, 3, 63. *quía boves bini híc sunt in cr.,* Pers. 2, 5, 16. *Taléntum argenti cómmodum magnum ínerat in cr.,* Rud. 5, 2, 31. *ego perperas minas Oves in cr. hac in urbem detuli,* Truc. 3, 1, 10.[1]) *Pécua ad hanc collo ín cr. ego óbligata défero,* ib. 5, 64. *Senex ín culina clámat,* Cas. 4, 1, 6. (nata sum) *ín culina, ín ángulo ad laevám manum,* Pers. 4, 4, 79. *Sí tu ad legioném bellator clúes, at ego in culína clueo,* Truc. 2, 7, 54.[2]) *tun' etiám cubitare sólitu's in cunís puer?* Pseud. 4, 7, 81. *sís apud me lígnea in custódia,* Poen. 5, 6, 28. *In dígitis hodie pércoquam quod céperit,* Rud. 4, 1, 11. *I'n eo ensiculo lítterarum quíd sit* (dic), ib. 4, 4, 113.[3]) *Díc, in e. quid nomen ést paternum?* ib. 116. *sýmbolum est in epístula,* Pseud. 4, 2, 44. *sed in epístula Nullám salutem mítteren' scriptám solet?* ib. 45.[4]) *hoc ín equo insunt mílites,* Bacch. 4, 9, 17. *Omníbus in extis aíbat portendi mihi Malúm,* Poen. 2, 18. *Nímiae voluptati ést quod in extis nóstris portentum ést, soror,* ib. 5, 4, 35. *Se aúlam — ábstrusisse hic — in fanó,* Aul. 4, 2, 10. *léno aegrotus íncubat In Aésculapi f.,* Curc. 1, 1, 62. *in f. supplicáre,* ib. 4, 2, 41. *Híc in f. Véneris signum — tenent,* Rud. 2, 7, 2. *Híc in f. V.* (sunt), ib. 6. *Sed quid híc in V. f. . . . . . . Clamóris oritur?* ib. 3, 1, 21.[5]) *fitque* (iniuria) *in V. f.,* ib. 3, 2, 30. *signum in f. hic íntus* (quod est), ib. 3, 3, 27. *in medió foco Defódit,* Aul. prol. 7. *foveri fóculis in fervéntibus,* Capt. 4, 2, 67.[6]) *quae* (bestia) *in pámpini folio íntorta implicát se,* Cist. 4, 2, 63. *Víden' coagmenta in fóribus?* Most. 3, 2, 144. *Lámpadionem me ín foro Quaésivisse aiúnt,* Cist. 5, 2. cf. Amph. 4, 1, 4. Ep. 2, 2, 14. *Nempe in foro* (eris apud argentarium)? Asin. 1, 1, 104. *accessi ad ádulescentes ín f.,* ib 31. *I'n f. infimó boni homines átque dites ámbulant; I'n medio proptér Canalem, ibi óstentatorés meri,* Curc. 4, 1, 14 sq. *Nec vóbiscum quisquam ín f. frugí consistere aúdet,* ib. 4, 2, 16. *vos in f. ipso* (prostatis) ib. 21. *ín f. degó diem* (danista), Most. 3, 1, 3. *Sed cúr sedebas ín f.?* Pseud. 3, 2, 11. *Nam ín f. vix décimus quisque est, qui ípsus sese nóverit,* ib. 4, 2, 17. *flágitare* (du wirst gemahnt) *saépe clamore ín f.,* ib. 4, 7, 46. *I'n f. palam ómnes vendo,* Rud. 4, 3, 35. *Nólo ego cum ímprobis té viris, gnáte mi, Neque ín via neque ín f. ullúm sermonem éxsequi,* Trin. 2, 2, 4 sq.[7]) *I'n f. operam amícis da,* ib. 3, 2, 25. *V'bi ego*

---

[1]) Both. recte videtur *at* inseruisse ante *ego* et *minas* omisisse, denique transposuisse *Ovés in urbem hac ín crumena détuli,* sed non recte *huc* pro *hac* scripsisse.

[2]) vulg. *Ares* pro *clues;* Mss. Parei et Θs *civis* et *cive* pro *clues* et *clueo.*

[3]) vulg. *est* pro *sit.*

[4]) *epistula* utroque versu ΔΘp pro vulg. *epistola.*

[5]) lacunam quae est post *fano* Lambinus explevit adiectis verbis *meae viciniae.*

[6]) *in* Lind. inseruit, quem vide.

[7]) vulg. *Gnáte mi, neque;* videntur duo esse cretici et *neque* bis omnino elidi, ita ut si *ne* i. e. *non*

video rém vorti in meó f. (i. e. me accusari), Most. 5, 1, 10. *Vt — in gremio o. múlierem teneát sedens,* Bacch. 3, 3, 74. *in gymnasio* (quaerere), Ep. 2, 2, 14. *erus ín hara, haud aedibus hábitat,* Asin. 2, 4, 24. *látuit intus íllic in illac hírnea,* Amph. 1, 1, 275. *in horto quae est* (maceria), Truc. 2, 2, 48. *ego híc in insidiís ero,* Pseud. 4, 2, 4. *A'tque etiam modo vórsabatur* (nomen) *mi ín labris primóribus,* Trin. 4, 2, 65. *immo in lancibus* (sunt), Curc. 2, 3, 45. *fui in lapicidinis,* Capt. 5, 4, 3. *vél in lautumiis vél in pistrino mávelim A'gere aetatem,* Poen. 4, 2, 5. *in eo ipso astas lapide, ut praeco praedicat,* Bacch. 4, 7, 17. [1]) *in latebris situm est* (aurum), Aul. 4, 2, 2. *omníbus in latebris perreptavi,* Rud. 1, 4, 4. *I'n eodem lectó* (cubui), Amph. 2, 2, 173. 176. *in l. cubat,* Mil. 2, 5, 60. Cas. prol. 38. *sunt in l.,* Bacch. 4, 7, 38. *non in busto Achilli, sed lecto accubat,* ib. 4, 9, 14. [2]) *Standum est in l.,* Men. 1, 1, 27. *sérvus qui in morbó cubat, Immo hércle vero in lécto, ne quid méntiar,* Cas. prol. 37 sq. *accumbe in summo* (i. e. lecto), Pers. 5, 1, 15. *Haud póstulo equidem mé in lecto accúmbere,* Stich. 3, 2, 32. [3]) *amíca noctu quae ín l. accendét senem,* Stich. 4, 1, 66. [4]) *haud in l. amicae* (operam da), Trin. 3, 2, 25. *I'ta miser cubándo in l. hic éxspectando obdúrui,* Truc. 5, 24. *I'n libello hoc óbsignato ad te áttuli* (laetitias) *pauxíllulo,* Pseud. 2, 4, 16. *Quasi in líbro cum scribúntur calamo líterae,* ib. 1, 5, 131. *Istic ést thesaurus stúltis in linguá situs,* Poen. 3, 3, 12. *iam in littore est,* Rud. 1, 2, 86. *Sed quíd ego misera vídeo procul in l.,* ib. 2, 4, 29. *quo ín loco* (vidisti)? Amph. 2, 2, 67. Curc. 5, 3, 33. *qando aut quo in l.* (me risisti)? Stich. 1, 3, 89. *in hoc iam l. — Constitit,* Cist. 4, 2, 30. *hóc recipimur in l.,* Stich. 5, 4, 3. [5]) *in his dictus est Locís habere* (i. e. habitare), Ep. 4, 1, 7. *E'cquem in his l. novisti?* Rud. 4, 3, 94. *uno astas in l.,* Men. prol. 56. *si ámbo in uno essént l.,* Merc. 2, 1, 7. *Ero ut omnibus in l. sim praesto,* Men. 5, 6, 21. *Cómmonstrabo quo ín quemque hominem fácile inveniatís l.,* Curc. 4, 1, 6. *in suo quaeque* (venustas) *l. sita munde,* Poen. 5, 4, 5. *Iám quidem in suo quidqué l. nisi erit míhi situm supelléctilis,* Stich. 1, 2, 5. (sed solus abl. Most. 1, 3, 96. *Sŭo quique loco víden' capillus sátis compositust cómmode.)* *in occultis locis prostant,* Curc. 4, 2, 21. *in latebrosis l.* (vivebant), Bacch. 3, 3, 26. *Quae*

(qualis est particula in *nĕvis*, *nĕvolt*) usquam in usu esset, suspicari auderem scribendum esse *ne — ne* pro *neque — neque.*

1) vulg. *ubi* pro *ut*, cf. R.

2) vulg. *in lecto,* cf. R.

3) Pareus et W. *med.;* alii *summo* pro *me,* quod v. 33. *Scis tú med esse ími subsellí virum* comprobatur.

4) W. et Both. ex Pistorii coni. *occentet.*

5) vulg. *recipiamur.*

me in l. Neptúniis templisque turbuléntis Servávit, Mil. 2, 5, 3. *Siquidém potes pati ésse te in lepidó l., In lécto lepide stráto,* Poen. 3, 3, 83 sq. [1]) *nunc demum mi ánimus in tuto ést l.*, Pseud. 4, 5, 1. *Itaque in l. festívo sumus festíve accepti*, ib. 5, 1, 9. *náta est in calidó l.* (i. e. in culina), Pers. 4, 4, 80. *Quae in l. nésciis néscia spé sumus*, Rud. 1, 5, 17. *quí non alicubi in solo abstrusí l.*, ib. 4, 4, 141. *in tuó luco et fano ést situm* (aurum), Aul. 4, 2, 8. [2]) *in ludo* (Schule) *quí fuisti tám diu*, Asin. 1, 3, 73. *in lupanari áccubat*, Bacch. 3, 3, 50. *quod* (aurum) *in lustris comedim*, ib. 4, 4, 91. *iáceam ego asinus in luto*, Aul. 2, 2, 53. *núnc homo in medió luto est*, Pseud. 4, 2, 27. *Néque mi haud imperito eveniet, táli ut in l. haéream*, Pers. 4, 3, 67. *in macello* (quaerere), Amph. 4, 1, 4. *Míles pulchre cénturiatus ést expuncto in mánipulo*, Curc. 4, 4, 29. *nón mi est laterna in manu?* Amph. 1, 1, 250. *Vtinám nunc stimulus in m. mihi sit*, Asin. 2, 4, 12. *iám stimulum in m. est*, Men. 5, 2, 112. *iám machaera est in m.*, Merc. 5, 2, 85. *dum quidem ipse in m. habeo* (argentum), Asin. 2, 4, 57. [3]) *Quód in m. teneás*, Trin. 4, 2, 69. *Quámne in manibus ténui?* Cist. 4, 2, 6. (si) *in m. exta teneam*, Pseud. 1, 3, 32. *in m. gestant cópulas secúncias*, Ep. 5, 1, 11. *Nam hoc quidem venenatúmst* (behext) *verum; ita in m. consenéscit*, Rud. 5, 2, 15. [4]) *Venári — in medió mari*, Asin. 1, 1, 87. *quaeras mea caúsa vel m. in m.*, Ep. 5, 2, 14. *quántum aquaï est in m.* Poen. 1, 3, 23. *Quos périisse ambos mísera censebam in m.*, Rud. 2, 4, 31. *Hoc ègo in m. quidquid inest repperi*, ib. 4, 2, 20. *ecquem ésse dices in m. piscém meum?* ib. 4, 3, 32. *in m. inventust* (vidulus), ib. 38. *Dicat in m. communi cáptos* (pisces), ib. 42. *quod in m. non natumst*, ib. 53. *Quémne ego excepi in m.?* ib. 80. *Si in m. reti ápprehendi*, ib. 4, 4, 27. *in m. prehéndi Rete*, ib. 5, 2, 4. *quódne ego inveni in m.?* ib. 4, 7, 5. *Tárdiores quám corbitae súnt in tranquilló m.*, Poen. 3, 1, 4. *Tranquíllitas evénit quasi navi in m.*, ib. 3, 5, 8. *Nam in m.* (i. e. navigatione, mercatura) *répperi, híc elaví bonis*, Asin. 1, 2, 9. *an te poénitet ín m. quod élavi, nisi híc in terra iterum éluam?* Rud. 2, 7, 21. [5]) *hac próxuma nocte in m. elávi*, ib. 5, 2, 20. *Confrácta navis in m. est*, ib. 1, 2, 64. *is navem atque omnia perdidit in mari*, ib. 1, 3, 16. *quae* (horia) *in m. fluctuóso Piscátu novó me uberí compotivit*, ib.

---

[1]) vulg. *esse pati*, transposuit W.; *te* om. ΔΘp.

[2]) vulg. *modo* additur post *fano*.

[3]) W. *dum quidem in m. ipse habébo* e Δp et Pal. 3. et Guelf. cum Acid. et Reiz.; Δp a m. sec. supra lin. *b* additum habet, ut sit *habebo*. Pal. 6 et Pal. 1. a m. prima *dum ipse quidem in m. habeo*; idem Pal. 1. a m. sec. *dum id in m. h.* Si verus est vulgatus verborum ordo, fort. praestet: *dūm quidem ípse in manu-habebo*; sed ambigua est emendatio.

[4]) vulg. *N. quidem hoc Vere natum est v.*; ΔΘp *hoc venatust verum.*

[5]) vulg. *ni* pro *nisi.*

4, 2, 5 sq. *Idque ádeo in istoc aúrum inest marsúpio*, Poen. 3, 5, 37. *Octíngenti in m. nummi aúrei infuérunt*, Rud. 5, 2, 26. [1]) *in medicinis, in tonstrinis* (quaerere), Amph. 4, 1, 5. *habeo in memoria*, Pers. 3, 1, 53. *numeratum íllius in mensá manu Mílle nummum*, Trin. 4, 2, 123. *Magis únum in mente est míhi nunc* (ist mir wichtiger), Bacch. 1, 2, 22. (cf. *in mentem est.) quievi in navi*, Amph. 2, 2, 100. *coenávin' ego heri in n. in portu Pérsico?* ib. 191. *Prandi in n.*, Men. 2, 3, 50. *qui ín mea n. fuit*, Amph. 3, 2, 69. *in n. nón erat*, ib. 4, 1, 1. *nec mihi crédere Nec quoíquam in n. vóluit*, Bacch. 2, 3, 85. *Cubáre in n. líppam* (dixit), Mil. 4, 3, 15. *in n. vecta es*, Bacch. 1, 1, 73. (sed solus abl. Men. 5, 9, 26. *advectus navi*, Merc. 2, 1, 33. *qua est heri advectus filius*, Bacch. 2, 3, 91. *navi capiundum est iter*, Poen. prol. 114. *in portum navi venit.) ibidem in n. Conclúsit* (cistellulam) *ipse in vídulum*, Rud. 2, 3, 60 sq. *Eheú scelestus* (i. e. miser) *gáleam in n. pérdidi*, ib. 3, 5, 22. *quém* (vidulum) *ego in n. pérdidi*, ib. 5, 2, 52. *ánimus in navi'st meus*, Pers. 4, 6, 27. *Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in n. super* (oben auf dem Schiffe), Merc. 1, 2, 82. *ut ápud me te in nervo énicem*, Aul. 4, 10, 13. *Tu aútem in n. iám iacebis*, Curc. 5, 3, 40. *in óccipitio quóque habet oculos*, Aul. 1, 1, 25. *V't in ocellis hílaritudo est*, Rud. 2, 4, 8. *I'mmo etiam in medio óculo paulum sórdist*, Poen. 1, 2, 102. [2]) *hic in pacato oppido*, Men. 5, 7, 16. *Iám tibi hercle in óre messis fíet mergis púgneis*, Rud. 3, 4, 58. [3]) *Hisce ego iam seméntem in ore fáciam pugnosque óbseram*, (Men. 5, 7, 23. *Púgnis me vetás in huius óre quicquam párcere*, ib. 5, 2, 95. *in ore habitas meo* (i. e. pugnis me semper caedis), Poen. 1, 3, 3. *in palaestra* (quaerere), Amph. 4, 1, 4. *Sórdido vitam óblectabas páne in pannis ínopia*, Asin. 1, 2, 16. [4]) *in medio páriete vorsábere* (i. e. inclusus in fenestram), Cas. 1, 52. *nunquam tú vidisti tábulam pictam in p.*, Men. 1, 2, 34. *quasi sit sígnum pictum in p.*, Merc. 2, 2, 44. *Vtra in parte plús sit volúptatis vitae*, Trin. 2, 1, 6. [5]) *Praetérea centum Philippeae minae ín pasceolo seŏrsus* (infuerunt), Rud. 5, 2,

[1]) vulg. *N. o. aurei in m.;* em. Reiz.

[2]) ib. v. 101. legendnm videtur: *Viden' ut oculi, pléni sordum qui erant, iam splendént mihi* pro vulg. *Viden' tu, pleni oculi sordium q. e. i. s. m.* Non habeo quidem exemplum, quo genitivum *sordum* pro usitato *sordium* probem; sed vel apud Ciceronem *sedum* et *mensum* inveniuntur et hoc posterius etiam apud Plaut. Most. 1, 1, 78. *Paucórum mensum súnt relictae réliquiae* restituendum est pro vulg. *mensium*, et Ep. 3, 4, 86. *Legum átque iurum fictor, conditór cluet.* pro vulg. *iurium;* atque hoc quidem loco *iurum* manifesto deprehenditur in Δp, nec reliqui Pall. adversantur quum *virum* exhibeant. Illo autem Poenuli loco in Mss. Parei *sorderunt* legitur, unde turbatum esse aliquid suspicari licet.

[3]) vulg. *I. h. t. m. in o.;* em. W.

[4]) vulg. post *pannis* distinguitur, ut sit asyndeton; sed licet etiam *inopia* pro abl. causali habere.

[5]) vulg. *voluptatis sit.*

27. [1]) *Qui mihi condita práta in patinis próferunt*, Pseud. 3, 2, 22. *eges in patria,* Capt. 3, 4, 49. *est ad patrem in p.*, ib. 3, 5, 41. *Quíd longissumé meministi, díc mihi, in p. tua?* Men. 5, 9, 52. *qua in p. sit nata,* Pers. 4, 4, 47. *Lúcridi nomen in p. fuit,* ib. 74. *eram domi ímperator súmmus in p. mea*, Pseud. 4, 7, 75. *ut — in pistríno aetatem cónteras,* Bacch. 4, 6, 11. *scriptum in poématis,* Asin. 1, 3, 22. *bibitur, estur; quasi in popina,* Poen. 4, 2, 13. *adest in portú cibus*, Capt. 4, 2, 46. *in p. Philopolemum vivom — Vídi,* ib. 93. *ratem Turbáre in p.*, Bacch. 2, 3, 59. *Nunc ín istoc p. stát navis praedatória,* Men. 2, 2, 69. *dum in p. illi ámbulo,* Merc. 1, 1, 96. *ámbo in uno p. fuimus,* Stich. 3, 1, 15. *in hoc posticulo* (habitat), Trin. 4, 3, 78. *in proscénio hic Iovem ínvocarunt,* Amph. prol. 91. *Scortum éxoletum né quis in pr. Sedeát,* Poen. prol. 17. *si — scropham in públíco conspéxero (*opp. *in aedibus)*, Capt. 4, 2, 29. *Nón equidem ullam* (porticum) *in p. esse máiorem hac exístumo*, Móst. 3, 3, 6. *in p. omnes pórticus Súmus commensi,* ib. 7. *hac socci video vestigium In pulvere,* Cist. 4, 2, 30. *ut ín puteo coenám coquant,* Aul. 2, 7, 3. *nísi si in p. quaépiam est* (umbra), Most. 3, 2, 82. [2]) *quaerere — in hac regione,* Cist. 4, 2, 42. *Qua in rég. istas aédis emit fílius?* Most. 3, 1, 130. *In hisce habitare mónstratust regiónibus,* Poen. 5, 1, 26. *quaéro in his r.*, Trin. 4, 2, 31. *nisi hoc quod fero hic in rete,* Rud. 4, 2, 9. [3]) *vórsor in amorís rota,* Cist. 2, 1, 4. *Quod* (marsupium) — *fúit in saccipério*, Rud. 2, 6, 64. *Nunc ámbo in saxo — Sedént,* ib. prol. 72. *muliérculas Vidéo sedentis ín scapha,* ib. 1, 2, 74. *Vécta mecum ín scapha'st,* ib. 1, 3, 18. *dum hístrio in scená siet,* Poen. prol. 20. *ibi mátris nomen ín securiculá'st,* Rud. 4, 4, 115. *Lóquere matris nómen hic quid in s. siet,* ib. 119. [4]) *Quin éxta inspicere in sóle* (in der Sonne, im Sonnenschein) *etiam vivó licet,* Aul. 3, 6, 29. *Cúmque eo ita noctem in stramentis pérnoctare pérpetem,* Truc. 2, 2, 23. *sédeant in subsélliis,* Poen. prol. 5. *ego sédero in subséllio,* Stich. 1, 2, 36. *pótius in s. Cýnice accipiemúr quam in lectis,* Stich. 5, 4, 21 sq. *In quínto quoque súlco moriuntúr boves,* Trin. 2, 4, 123. *ín tabellis*

---

[1]) vulg. *centum denaria Philippea in*, ΔΘp *mna Philippia*, W. *mnae Philippeae;* em. R.

[2]) *si* inserui ex Θs, L.

[3]) *hoc* om. ΔΘp, *hic* om. Θp; videtur etiam hic versus bacchiacus esse, quales haud dubie sunt qui praecedunt duo:

Miró mihi modo átque incredíbili hic piscátus
Lepide évenit, néque piscium úllam unciam hódie
Pondó cepi, nisi quod fero hic mecum in réte.

vulg. *Miroque modo a. i. h. p. mihi;* v. 9. *mecum* inserui; sequuntur tres bacchiaci et clausula iambica.

[4]) vulg. *in secur. quid.*

quós consignavi, Mil. 1, 1, 73. *Eccam in t. pórrectam* (tuam amicam video): *in cerá cubat*, Pseud. 1, 1, 34. *Bonós in aliis tábulis exscriptós habet*, Rud. prol. 21. *Nam me in taberna usque adhuc sineret Syrus*, Pseud. 4, 7, 14. [1]) *affuit ín tabernaclo*, Amph. 1, 1, 270. *Quíd in t. fecisti?* ib. 272. *dormibo plácide in tabernáculo*, Trin. 3, 2, 100. *quemque* (i. e. quemcunque) *in tégulis Víderitis*, Mil. 2, 2, 1. cf. v. 5. *quid tu agis — in t.?* ib. 22. *ámbulavi dórmiens in t.*, Mil. 2, 3, 1. *Símiam hodie súm sectatús nóstram in horum t.*, ib. 37. *in tenebris* (im Finstern), Asin. 4, 1, 41. Pseud. 4, 2, 24. *omnem in térgo thesaurúm gerit*, Asin. 2, 2, 11. *quae* (virgae) *hodie in t. morientúr meo*, Capt. 3, 4, 117. *heri in t. meo Tris fácile corios cóntrivisti búbulos*, Poen. 1, 1, 10 sq. *Cáve sis tibi ne búbuli in te cóttabi crebrí crepent*, Trin. 4, 3, 4. *Ni ófferumentás habebis plúres in tergó tuo*, Rud. 3, 4, 48. [2]) *in terra* (auf der Erde, Welt), Aul. 4, 9, 12. Curc. 1, 2, 51. Cist. 4, 1, 8. Bacch. 5, 2, 51. Mil. 1, 1, 56. Poen. 5, 4, 100. Trin. 5, 2, 1. *Quíd ais, quantum in t. degit hóminum periuríssume*, Pseud. 1, 3, 117. [3]) *hic in nostra terra* (in unserm Lande), Cas. prol. 72. *E'quidem iam me cénsebam esse in térra* (opp. *in mari*) *atque in tutó loco*, Merc. 1, 2, 84. *At hércle nobis víla in t. et tégulae* (confractae sunt), Rud. 1, 2, 65. *nisi hic in t. iterum éluam*, ib. 2, 7, 21. *in tonstrina út sedebam*, Asin. 2, 2, 76. *Núnc senex est in t.* (i. e. statim decipietur), Capt. 2, 2, 16. *Decípitur in transénna avaritiá sua*, Rud. 4, 7, 13. *O'lea in tryblio* (est), Stich. 5, 4, 9. *neque in úrbe invenio quémquam*, Amph. 4, 1, 2. *Quid in u. reptas?* Cas. 1, 10. *negótium Mihi esse in u.*, Merc. 2, 2, 9. *in urbe'st vílicus*, Poen. 1, 1, 42. *quántum in u. omní fuit*, Ep. 2, 2, 29. (sed Merc. 1, 1, 51. *tota urbe.*) *in u. hac habitant*, Men. 2, 1, 36. *si te únquam in u. offéndero*, Rud. 3, 5, 10. *dico esse in u.* (patrem), Truc. 3, 1, 6. *At égo non pauxillam ín utero gestó famem*, Stich. 1, 3, 9. [4]) *in vado'st*, Rud. 1, 2, 81. *iam esse ín vado salútis res vidétur*, Aul. 4, 10, 73. *in Velabro* (rem agunt), Capt. 3, 1, 29. cf. Curc. 4, 1, 22. *Geminós in ventre habére videor filios*, Curc. 2, 1, 6. *reliqui in v. cellae uní locum*, ib. 3, 17. *hábet profecto in v. confidéntiam*, Capt. 4, 2, 32. *onus ín via portare*, Asin. 3, 3, 100. *si in v. — conspéxero*, Capt. 4, 2, 41. Men. 2, 3, 75. *cónspicor alium ín v.*, Cist. 4, 1, 4. *quí mi obsistat in v.*, Curc. 2, 3, 5. *ludunt datatim — in v.*, ib. 17. *Ludós visere húc in*

---

[1]) *me* om. in $\Delta\Theta$p, Pr.; *siverat* W.; fort. legendum: *Nam in taberna úsque adhuc siverat mé Syrus*; nam etiam qui proxime sequuntur duo versus cretici sunt.

[2]) Both. *obferrumenta exhibebis pluria in t. t.*; sed plane simile nomen fem. generis legitur Trin. 3, 2, 94. *Fúlmentas iubeám suppingi sóccis*, ubi Salmas. *Fulmenta* scribendum censuit.

[3]) vulg. *quantum terra tegit*; em. Lips.

[4]) vulg. *pauxillulam.*

viá, Cas. 5, 1, 2. *compressit — in v.*, Cist. 1, 3, 11. *ne prius in v. accumbas*, Most. 1, 4, 13. *Luci deripier in v.*, Men. 5, 7, 17. *meamne hic in v. hospitam — Tractatam?* Mil. 2, 6, 8. *iurgandum est in v.*, Merc. 1, 2, 9. *Nón tu scis quantum écflictentur hómines noctu hic ín v.?* Stich. 4, 2, 26. [1]) *in v. — sermonem éxsequi*, Trin. 2, 2, 5. *tibi — ludos fáciam clamore ín v.*, Truc. 4, 2, 46. *ámplexari báliolum in mediá v.*, Poen. 5, 5, 22. (solus abl. *íre vidi mílites plenís viis*, Ep. 2, 2, 24.) *qui* (pons) *erat ei in ítinere*, Cas. prol. 66. *Né quis in hac plateá negoti cónferat*, Capt. 4, 2, 15. *Video óccurrentem éllum usque in pl. última*, Curc. 2, 2, 28. *I'n Tusco vico, íbi sunt*, ib. 4, 1, 21. *orábo ut conquisitores dét mi in vicis ómnibus*, Merc. 3, 4, 80. *nisi si in vídulo Aút in melina áttulisti*, Ep. 1, 1, 20 sq. *in v. salvum fero* (peniculum), Men. 2, 2, 12. *recte est óbsignatum in v. marsúpium*, ib. 5, 7, 47. *quae* (cistula) *ístic inest in v.*, Rud. 4, 4, 38. *Cístellam istic inésse oportet caúdeam in isto v.*, ib. 65. 89. *quídquid in illo v.'st.* ib. 4, 7, 30. *Ecquíd meministi in v. qui périit, quid ibi infúerit?* ib. 5, 2, 23. [2]) *Heus, écqui in vila'st? écquis hoc reclúdit? ecquis pródit?* Rud. 2, 3, 82. [3]) *qui in hac v. habitat*, ib. 4, 3, 96. *óptumo me iúre in vinclis énicet Magistrátus*, ib. 2, 5, 19.

2. Nomina terrarum, una excepta *Alide*, semper cum praepositione proferuntur; nomina urbium quaedam nondum satis constantem habent usum, velut *Ephesus*, *Epidaurus*; alia non recedunt a vulgato usu, velut *Carthago*, *Athenae:*

in Alide (Elis), Capt. prol. 9. 26. 1, 1, 26. 3, 4, 12. 15. 58. 105. 5, 2, 20. 5, 3, 2. [4]) *in Anactorio*, Poen. 4, 2, 74. *in Apulia*, Cas. prol. 72. [5]) *in Apulis*, Mil. 3, 1, 53. *in Arabia*, Pers. 4, 3, 37. *in Cappadocia*, Mil. 1, 1, 52. *in Cercopia*, Trin. 4, 2, 83. [6]) *in Cilicia*, Mil. 1, 1, 42. *in Epheso*, Bacch. 2, 3, 75. Mil. 2, 5, 31. 3, 1, 183. [7]) *in Epidamno*, Men. 2, 1, 42. 2, 3, 29. *in Epidauro*, Curc. 2, 3, 62. [8]) Ep. 4, 1, 13.

---

1) Both. W. *quamde* pro vulg. *quam;* maluimus *quantum* scribere.

2) vulg. *infuerit ibi;* em. R.

3) vulg. *ecquis in villa'st;* Reiz. *ecquist in villa.*

4) solus abl. *Alide* legitur Capt. 2, 2, 80. *Filius meus illic apud vos sérvit captus A'lide.* Sed Lind. *in* addidit e Langg. codd.; incerta tamen videtur emendatio, nam Capt. 3, 4, 41. *abiit Alidem* certum est, quanquam duobus aliis locis *in Alidem* poeta dicit.

5) W. fort. recte *in terra Apula.*

6) vulg. *Cecropia insula.*

7) sed *Ephesi*, Bacch. 2, 3, 110. 4, 9, 124. Mil. 3, 1, 53.

8) h. l. *trapezita* vocabulum ita positum est, ut prima syllaba producatur: *E'cquem in Epidauró Lyconem trápezitam nóverim?* Eadem productio apparet in eadem fabula 3, 36. *Lycónem quaero trá-*

14. 27. *in Graecia*, Cas. prol. 71. *in India*, Mil. 1, 1, 25. *in Ionia*, Pers. 5, 2, 45 *in Ponto*, Trin. 4, 2, 89. *in Seleucia*, ib. 56. *in Sicilia*, Men. 2, 3, 57. *in Sparta*, Poen. 3, 3, 50. *in Vmbria*, Mil. 3, 1, 53.

3. Interdum *in* coniungitur cum iis rebus, quarum non *intra*, sed *prope* fines aliquid est, quas notiones nos indicamus praepositionibus an, bei, vor:

Immo hasce ambas híc ia ara ut vivas comburám, Rud. 3, 4, 63. *Etiámne in ara túnc sedebant múlieres?* ib. 3, 6, 8. *Nám neque se Septéntriones quóquam in coelo cómmovent*, Amph. 1, 1, 117. *stellae in c.* (sunt), Poen. 1, 3, 25. *Hic átque in c.* (signum exoritur), Rud. prol. 5. *Noctú sum in c. clárus*, ib. 6. *Vt faciam quasi púero in collo péndeant crepúndia*, Mil. 5, 6. *Quid hoc híc in c. tíbi tumet?* Pers. 2, 5, 11. *soleas tibi dabo et anulum in digito Aureum*, Cas. 3, 5, 63. (palliolum) *connexum in humero laevo*, Mil. 4, 4, 44. *Signum ésse oportet ín manu laevá tibi*, Poen. 5, 2, 113. *E'quidem si scis tú quot habeas hódie digitos ín m.*, Pers. 2, 2, 5. [1]) *quot dígiti sunt tibi ín m.*, Stich. 5, 4, 24. *digitós in manibus nón habent*, Poen. 5, 2, 20. *huius oculos in oculis habeas tuis* (i. e. observes ne quid furetur), Pseud. 3, 2, 68. *quási columbae púlli in ore ambaé meo V'sque eratis*, Asin. 1, 3, 57. *Ego hás habebo hic úsque in petaso pínnulas*, Amph. prol. 143. *Patér cum peregre véniet, in porta ést locus*, Trin. 2, 4, 21.

3. Dicitur *in* de multitudine et copia, cuius aliquid partem efficit; idem alias *inter* significat:

Quos quídem quam ad rem dícam in argentáriis Reférre habere, nísi pro tabulis, néscio, Truc. 1, 1, 51 sq. *Fácile est imperium ín bonis*, Mil. 3, 1, 17. *nón quod pueri clámitant I'n faba se répperisse*, Aul. 5, 11. *Néque cuiquam quam ílli in nostra mélius famulo fámilia*, Mil. 2, 3, 80. *Hoc — míhi in mandatís dedit*, Amph. prol. 81. *Quoíusmodi in populo ést is habitus?* Pers. 4, 4, 96. [2]) *Postrémo in magno pópulo, in multis hóminibus — Amáre oportet ómnes*, Truc. 1, 1, 55. *captivam — I'n praeda es mercátus*, Ep. 1, 2, 5. *écqua in istac* (praeda) *párs inest praemí mihi?* Men. 1, 2, 26. *qui éstis in senióribus*, Cas. prol. 14. *tu in illis és decem sodálibus*, Pers. 4, 4, 12. *in trítico facíllume* (invenias curculionem), Curc. 4, 4, 30.

---

pezitam. L. dic mihi, et 5, 3, 34. *Me ipso praesente ét Lycone trápezita. C. nón taces?* W. transpositione hos locos emendare studuit, quod non probabile videtur. — *Epidauri* legitur Ep. 5, 1, 29.

[1]) vulg. *tute*.

[2]) vulg. *Q. is in p. h. est.*

5. *In* praepositio complectitur una cum notione loci etiam id quod in eo loco agitur et eos qui aliquid ibi agunt:

Praestringat oculorum áciem in ácie hóstibus, Mil. 1, 1, 4. [1]) *elusi militem — in alea*, Curc. 5, 2, 11. *Vt fit in bello*, Capt. prol. 25. *invitavit sése in coena plúsculum*, Amph. 1, 1, 127. *ut sólet in istis fieri conciliábulis*, Bacch. 1, 1, 47. *Quíd in concilio cónsuluistis?* ib. 6. *Séd si ambas vidére in uno míles concilió volet*, Mil. 2, 2, 94. *dico — in concione*, Pseud. 1, 1, 124. *Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?* Bacch. 5, 2, 35. *invocatus sóleo esse in convívio*, Capt. 1, 1, 2. *in c. sibi Amátor — scortum ínvocat*, ib. 4. cf. Mil. 3, 1, 48. 58. 60. *Aut ád populum aut ín iure* (i. e. apud praetorem in iudicio) *apúd iudicém re'st* (i. e. *res est*), Men. 4, 2, 19. [2]) *Néc metuo, quibus crédidi hodie, né quis mi in iure ábiurassit*, Pers. 4, 3, 9. *quique in iure ábiurant pecúniam*, Rud. prol. 14. *In iúre causam dícito*, ib. 3, 6, 28. *hic non poterat dé suo Senex óbsonari filiaï in núptiis?* Aul. 2, 4, 16. *quot té modis, Si vívo, habèbo in n. miserúm meis?* Cas. 1, 28. *ego te ádiutabo in n. commúnibus*, ib. 4, 3, 9. [3]) *Ita ín prandió nos * lépide atque nítide Accépisti*, Cist. 1, 1, 11. [4]) *óbtruncavit régem Pterelam in proélio*, Amph. 1, 1, 259. *ín eo* (proelio) *uterque pro I'lio potábimus*, Men. 1, 3, 4. *in Veneris pr. Sagittá Cupido cór meum transfíxit*, Pers. 1, 1, 24. *périi in primo pr.*, Rud. 4, 4, 110. *Quánti te emit? H. suărum in pugna vírium victória*, Pseud. 4, 7, 74. *in ré divina dúdum dicebánt*, Poen. 3, 5, 3. *ín senatu dáre operam*, Asin. 5, 2, 21. *Atque eccum tibi lupum ín sermone*, Stich. 4, 1, 71. *Male dictitatur tibi vulgo in sermónibus*, Trin. 1, 2, 62. *Mánibus duelli* (i. e. in bello) *praédicare sóleo* (meas pugnas), *haud in sermónibus*, Truc. 2, 6, 2. *in tribu — condemnánt reos*, Capt. 3, 1, 16. *quae sápit in vino ad rém suam*, Truc. 4, 4, 1.

6. *In* cum adiectivis iunctum adiectivi aut adverbii sustinet notionem et facillime explicatur addito nomine *locus*, quod ipsum nonnunquam adiectum legitur, velut Pseud. 4, 5, 1. *nunc demum mi animus in tuto est loco:*

---

[1]) vulg. *Ocul. praest.* contra Θs, L. Pr. Par.

[2]) ita W. recte haud dubie pro vulg. *in iure aut ad iud.*

[3]) solus abl. legitur Aul. 2, 8, 2. *Vt béne me haberem filiaï núptiis*, ubi vulg. *me* omissum est, sed Δp habet supra lin.; Pareus *haberem me* contra versum. Ibidem 3, 6, 4. *Si nitidior sis filiaï n.* et 4, 10, 67. *Quém ego avom feci iam ut esses f. n.* et Cas. 5, 2, 2. *flagitio superavimus nuptiis nostris.*

[4]) versus manifesto est creticus; excidit syllaba post *nos*, fort. *tu* aut *et*.

in abstruso sita est (merx), Poen. 1, 2, 129. *In ámbiguo est etiámnunc*, Trin. 2, 4, 193. *Res ómnis in incertó sita est*, Capt. 3, 4, 4. *mihi in mundó sunt virgae*, Asin. 2, 1, 16. *ésse sibi in m. malum*, ib. 2, 2, 50. [1]) *quoi quód amet in m. siet*, Cas. 3, 3, 3. *quoi libértas in m. sita'st*, Ep. 5, 1, 12. *Pistrínum in m. scíbam, si id faxém, mihi. S. Non á me scibas pístrinum in m. tibi?* Pseud. 1, 5, 84 sq. *íd quidem* (vae) *in m. ést tuae* (aetati), Poen. 3, 5, 38. *Nempe hábeo in m.* (argentum), Pers. 1, 1, 46. *nescío quid vero hábeo in m.*, Stich. 3, 2, 23. *cóchleae in occultó latent*, Capt. 1, 1, 12. *parasiti — latent In occúlto*, ib. 15. *Vt saépe summa ingénia in occ. latent*, ib. 1, 2, 62. *I'n ŏccultó iacébis, cum te máxume clarúm voles*, Trin. 3, 2, 38. *Nil ego in occ. ágere soleo*, ib. 86. *Tam hóc quidem tibi ín proclivi* (i. e. facile est), *quam ímber est quandó pluit*, Capt. 2, 2, 86. *iram in promptu gerere*, Pseud. 1, 5, 34. [2]) *hábitat hic in próxumo*, Cist. 1, 1, 102. [3]) *in pr. hic devórtitur Apud – hospitem*, Mil. 2, 1, 56. *hic in pr. est*, Mil. 2, 3, 30. Cist. 4, 2, 86. *Hic in pr.* (vidisse), Mil. 2, 2, 109. 2, 3, 48. 2, 4, 13. *quia hanc attingere ausus múlierem hic in pr.*, ib. 2, 5, 62. [4]) *senis húius uxor Périplectomeni in pr.*, ib. 4, 1, 22. *praedo in pr. est*, Pseud. 3, 2, 105. *apud frátrem coeno in pr.*, Stich. 4, 2, 32. *Res adhuc — in tuto'st*, Merc. 2, 3, 48.

7. Facillime *in* a loci notione transfertur ad designandam actionem aliquam aut conditionem, in qua quid est; aut ita cogitanda est res, ut aliqua conditio aut actio quasi comitetur alteram actionem. Quae notiones alias temporali et conditionali particula aut verborum participiis enuntiantur. Ipsum autem *loci* vocabulum hanc habere conditionis indicandae vim ex aliquot certe exemplis Plautinis patet: *ut saépe iam in multís locis Plus ínsciens quis fécit quam prudéns boni*, Capt. prol. 44. *quo ín loco haec res sít vides*, Ep. 1, 1, 75. *si ego in istoc siém loco*, Bacch. 4, 9, 116. *meo ego in loco* (i. e. quantum in me est) *sedulo curabo*, Pers. 5, 2, 62. *Non ín loco emit perbono hás* (aedis — nicht mit Vortheil), Most. 3, 1, 143. *Dúm mea arescunt; ín aliquo tibi grátiam referám loco*, Rud. 2, 7, 17. [5]) Reliqua huius generis exempla haec sunt:

I'n adulterio dúm moechissat, Cásinam, credo, pérdidit, Cas. 5, 4, 7. *ah cave tu ílli obiectes núnc in aegritúdine*, Most. 3, 2, 123. *Béneque ero gessísse morem in tántis aerum-*

---

[1]) vulg. *sibi esse*.

[2]) *in promptu* etsi substantivi habet formam, tamen huc pertinere videtur.

[3]) sed *proxuma vicinia*, Most. 5, 1, 14. Mil. 2, 3, 2.

[4]) Lind. *hinc e pr.* non monito lectore unde.

[5]) vulg. *referam gratiam* omisso *loco*, quod e cod. Ambros. inseruit W.

nis tamen, Capt. 2, 3, 44. *nae ut in aestu fluctuamur,* Truc. 1, 2, 90. [1]) *cúm in amore témperes,* Ep. 1, 2, 8. [2]) *Ecce autem in benígnitate hoc répperi negótium,* Trin. 2, 2, 108. *quí mi in cursu obstíterit*, Capt. 4, 2, 21. *Né quem in c. cápite — offendam*, Curc. 2, 3, 3. *paéne in c. cóncidi,* Ep. 2, 2, 16. *in c. rótula circumvórtitur,* Pers. 3, 3, 38. *in custódia esset sémper* (hätte auf der Hut sein sollen), Rud. 2, 3, 49. *in delíciis pallam quam hábet,* Asin. 5, 2, 35. *aliquantum ánimi causa in d. dispérdidit,* Trin. 2, 2, 53. *mágno in genere et ín divitiis máxumis Líberos — educare,* Mil. 3, 1, 109. *in d. Esse,* Trin. 3, 2, 56. *Nunc ín fermento tóta est, ita turgét mihi,* Cas. 2, 5, 17. *uxor própter illum tóta in f. iacet,* Merc. 5, 3, 3. *in fúrto ubi sis prehénsus,* Asin. 3, 2, 17. *Vbi prénsus in f. sies*, ib. 23. *Qui tibi auxilium in iúreiurandó fuit,* Curc. 2, 2, 17. [3]) *hoc évenit ín labore atque ín dolore, ut mórs obrepat ínterim*, Pseud. 2, 3, 20. *In líbertate est,* Capt. 3, 5, 41. *pól ego nunc ín malis plúrimis* (sum), Rud. 1, 4, 18. *neque est mélius morte ín m.*, ib. 3, 3, 12. *Egone híc me patiar ésse in matrimonio?* Men. 4, 1, 1. [4]) *In mélle sunt linguaé sitae vostrae átque orationes,* Truc. 1, 1, 76. *iam homo in mércatura vórtitur,* Most. 3, 1, 109. *quí* (Mercurius) *me in mercimóniis Iuvít,* Stich. 3, 1, 3. *sum in metu,* Asin. 1, 1, 69. Cist. 2, 1, 59. Pseud. 4, 3, 8. Rud. 3, 3, 5. *ut étiam in moerore ínsuper Inimíco nostro miseriam hanc adiúngerem,* Cas. 2, 8, 5. *neque tibi ero in mora,* Trin. 2, 2, 2. *Neque* (tibi venit in mentem) — *post in morte id eventurum esse unquam,* Bacch. 5, 2, 78. *in morte* (i. e. moriens) *régnum Hieroni trádidit,* Men. 2, 3, 59. *Méa bona in mortí cognatis dícam, inter eos pártiam,* Mil. 3, 1, 113. [5]) *Vos quae in munditiis, mollitiis deliciisque aetatulam agitis,* Pseud. 1, 2, 40. [6]) *dabitur ópera atque in negótio* (selbst während ich Geschäfte habe), Rud. 1, 2, 33. *in huiusmodi negótio Diém sermone térere segnitiés mera'st,* Trin. 3, 3, 66. *Manifésto teneo in nóxia inimicós meos,* Cas. 2, 8, 71. [7]) *Manifésto teneo in nóxia. L. qua nóxia?* Merc. 4, 3, 30. [8]) *Atque equidem plane éducatum* (i. e. *semisenem,* ita enim v. 54. e vestigiis codd. legendum) *in nútricatu Vénerio,*

---

[1]) vulg. *mutuamur ira;* W. *nae ut aestu fluctuamur;* Both. *ne ut inaestuemus ira,* quod non satis intelligitur.

[2]) videtur eo versu *quidem* post *meo* eiiciendum: *Iam istoc probior és meo animo cúm in a. t.*

[3]) ita Δp cum vulg., sed Pall. et Langg. *auxilio;* versus fort. sanari potest transpositione: *Auxilium tibi qui in i. f.*

[4]) vulg. et codd. om. *esse;* insertum habet iam Pareus.

[5]) ita cum Lind. videtur legendum pro vulg. *M. b. mea morte,* cf. Lind.

[6]) fort. legendum *aetatem,* nam qui praecedunt et sequuntur iambici sunt.

[7]) vulg. *noxa* cum Δp et Pall.; W. ex vett. edd. *noxia.*

[8]) vulg. cum codd. omnibus *teneo, in noxia es.* Praestare videtur quod exhibent vett. edd.

Mil. 3, 1, 55. [1]) *Érum in obsidióne linquet* (i. e. in discrimine), Asin. 2, 2, 40. *Nímis argute mi óbrepsisti in eápse occasiúncula,* Trin. 4, 2, 132. [2]) *in nulla opera gratuita est* (i. e. nihil gratis facit), Cist. 4, 2, 74. *Si ea in ópificina nésciam aut mala ésse aut fraudulénta*, Mil. 3, 3, 7. *Iam ínstituta, ornáta, cuncta in órdine animo ut vólueram, Cérta, deformáta habebam*, Pseud. 2, 3, 10. *dórmitasti in ótio*, Asin. 2, 1, 5. *desidiae in ótio Operám dedisse*, Merc. 1, 1, 62. *I'dem animust in paúpertate, qui ólim in divitiis fuit,* Stich. 1, 2, 77. *Néque istuc in tantís periclis únquam committam út siet*, Aul. 3, 3, 2. *Quanto ín periclo et quánta in perniciè siet,* Bacch. 4, 7, 29. *quo in periclo est?* ib. 32. *res ín periclo vórtitur,* Merc. 1, 2, 12. *quin ruri es ín praefecturá tua?* Cas. 1, 11. *Ruri incubabo usque ín pr. mea,* ib. 22. *E't secunda tú secundo sálve in pretio*, Poen. 1, 2, 118. *In quaéstione víx exsculpsi, ut díceret,* Cist. 2, 2, 6. *Si défraudassis, díc ut te in quaestú tuo Venus éradicet cáput,* Rud. 5, 2, 58. [3]) *mens est in querelis,* Men. 4, 2, 15. *Scítne in re advorsá vorsari,* Pseud. 2, 4, 55. *déiuvare in rébus advorsis pudet,* Trin. 2, 2, 63. *nugare ín re capitali mea*, Merc. 1, 2, 72. *Eam* (mustelam) *aúspicavi ego in re c. m.*, Stich. 3, 2, 46. *qui ín re dubia ré iuvat,* Ep. 1, 2, 10. *Rébus in dubiis*, *egenis* (deserere), Capt. 2, 3, 46. *Quí homo timidus érit in rebus dúbiis,* Most. 5, 1, 1. *In ré mala animo sí bono utare*, *ádiuvat,* Capt. 2, 1, 8. *Bonus ánimus in malá re dimidium ést mali,* Pseud. 1, 5, 37. *tánton' in re pérdita Quam ín re salva Lésbonicus fáctus est frugálior?* Trin. 3, 1, 8 sq. *in re pópuli placida* (in Friedenszeit) — *Nón decet tumúltuari,* Poen. 3, 1, 21. *Ne in ré secunda núnc mi obvortat córnua,* Pseud. 4, 3, 5. *fui illic ín re praesenti* (i. e. quum res gerebatur), Amph. 1, 1, 93. *In re praesenti — Consulere,* Cas. 2, 8, 63. *Modus omnibus in rebus — optumum est habitu*, Poen. 1, 2, 29. *adiuváre in r. o.*, Amph. prol. 3. *Quae* (gratiae) *in r. multis óbstant,* Trin. 1, 1, 15. [4]) *Cui in re tali iám subvenisti,* Aul. 2, 8, 26. *níhil in ea re cáptio est,* Ep. 2, 2, 112. *Quía boni malíque in ea re párs tibi est,* Trin. 4, 3, 59. *neque deceptus in eo*, Asin. 2, 4, 94. *Iam ego úno in saltu lépide apros capiám duos*, Cas. 2, 8, 40. *Ergo ín servitúte expetúnt multa iníqua,* Amph. 1, 1, 20. *Vt in s. hic ád suum maneát patrem,* Capt. prol. 49. *In s. hic hábuit filiás tuas*, Poen. 5, 5, 54. *si vidisses quéndam in somnis* (im Traume) *Sósiam,* Amph. 2, 1, 74. cf. ib. 2, 2, 94. Most. 2, 2, 59. 60. 62. Mil. 2, 4, 30. 36. 40. Merc. 2, 1, 4.

---

[1]) vulg. *eductum.*

[2]) vulg. *mi* abest; inseruit Herm.

[3]) vulg. *fraudassis dicito uti; ΔΘp dic ut*, Both. *Sed si fr., dic ut;* fort. *defraudassis* praeferendum propter Rud. 5, 3, 31. 60. aliosque locos.

[4]) solus abl. Bacch. 2, 3, 34. *Adúlterare eum áibat rebus céteris*

Quód ego in s. sómniavi, Rud. 3, 4, 68. *in s. visus sum vidérier*, Curc. 2, 2, 10. [1]) *Mirisque exemplis sómnia in s. danunt* (di), Merc. 2, 1, 2. Rud. 3, 1, 2. *Quod in quiete tibi portentumst*, Curc. 2, 2, 22. *Parátae insidiae súnt, in statu stát senex*, Mil. 4, 9, 12. *in stultitia sí deliqui*, Bacch. 4, 9, 91. *eius haec ín tutela est fábula*, Truc. 5, 75. *Eadem in usu — sunt*, Bacch. 1, 1, 29. *ego sum in usu Fáctus nimio néquior*, Most. 1, 2, 65. *hunc* (vidulum) *qui cépi in venatú meo*, Rud. 4, 3, 31.

Nec desunt exempla gerundii et participii, quo indicatur fieri aliquid, dum aliud agitur:

Vt cuiquam linguam in tússiendo próferat, Asin. 4, 1, 50. *in sortiéndo sors delícuerit*, Cas. 3, 6, 47. *metuo mi ín monendo né defuat orátio*, Bacch. 1, 1, 3. *Séd quid ego hic in lámentando péreo?* Merc. 1, 2, 105. *Thétis quoque etiam in lámentando léssum fecit filio*, Truc. 4, 2, 18. [2]) *Multum ín cogitándo dolórem indipíscor*, Trin. 2, 1, 1. *Si in óbserendo póssint interfíeri* (mores mali), ib. 2, 4, 131. *Vt vós in vostris vóltis mercimóniis Emúndis vendundísque me laetúm lucris Affícere*, Amph. prol. 1 sqq. *in cogitándo moerore aúgeor*, Stich. 1, 1, 54.

8. Iungitur *in* cum notionibus, quae aliquid comprehendunt et continent, quae aliquam indolem, facultatem, potestatem habent, in quibus aliquid boni aut mali positum est, ad quas aliqua actio aut conditio pertinet:

virtús omnia ín sese habét, Amph. 2, 2, 21. *inimicós in sese omnés habent*, Bacch. 3, 6, 18. *ín aqua nunquam crédidi Voluptátem inesse tántam*, Rud. 2, 5, 1 sq. *Haec súnt — in magnis dótibus Incómmoditates*, Aul. 3, 5, 58. *quibus est ea res ín manu*, Amph. prol. 80. *I'stuc tibi ést in manú*, ib. 2, 1, 14. *cui plus ín m. sit quám tibi*, Asin. 1, 1, 73. *cui ípsi nihil est ín m.*, ib. 81. *quo eveniat, dis in m. est*, Bacch. 1, 2, 36. *quod mihi in m. est*, Most. 1, 4, 15. *agas quod in m. est*, ib. 3, 1, 66. *illi suám rem esse aequom est ín m.*, Merc. 2, 3, 117. *Quín tibi in m. ést quod credas, égo quod dicam id mi ín m. est*, ib. 3, 4, 43. [3]) *Siquidém licebit pér illos* (dicere nomen comoediae), *quibus est ín m.*, Poen. prol. 52. *pol istuc tibi et ero tuo est in m.*, ib. 4, 2, 90. *ín m. non ést mea*, Rud. 4, 3, 44. *Est átque non est mi ín m.* Trin. 1, 2, 67. *éa in potestate ést viri*, Aul. 3, 5, 60. *quae ín p. hábuimus*, Capt. 1, 2, 40. *Quomque húnc ego conspício in p.*

---

[1]) Lamb. *tuerier.*

[2]) Mss. Parei et Θs *in* omittunt, tum *lausum* pro *lessum;* hinc Both. et Goell. *pausam*, omisso item *in.*

[3]) Θs, L. Pr. Par. *Quia*, Θs *ego quo*, vulg. *mihi mea in*, Θs, L. *Ea* pro *mea.* „Ita (ut vulg. excepto *Quia*) locus hic legitur ex Mss. Pall. Alii *Quin.*“ PAR.

nóstra, ib. 5, 1, 5. [1]) *In fabrorum p. dum fui*, Most. 1, 2, 54. *Verúm postremo in pátris p. ést situm*, Stich. 1, 1, 52. — *Post mórtem in morte nihil est quod metuám mali*, Capt. 3, 5, 83. *Apáge sis negóti quantum ín muliere úna est*, Poen. 1, 2, 15. *ín te aegrotant ártes antiquaé tuae*, Trin. 1, 2, 34. *neque in eró quicquam auxilí siet*, Amph. 1, 1, 5. *nisi quid tibi in tete auxili est*, Ep. 1, 1, 76. *Nisi quid mi in ted est aúxili*, Pseud. 1, 1, 59. *scivi — nullam tibi ésse in illo cópiam*, Ep. 3, 1, 5. *nec sodáli tuo in te cópia'st*, ib. 9. *séd boni cónsili écquid in té mihi'st?* Rud. 4, 3, 13. *imago est huius in me*, Amph. 1, 1, 109. *quae índoles in sávio est*, Rud. 2, 4, 10. *I'nest in hoc amússitata súa sibi ingenua índoles*, Mil. 3, 1, 38. *in eo est indoles indústriae*, Trin. 2, 2, 42. *Nec boni ingeni quicquam in his inest*, Pseud. 4, 7, 8. *Invidia in me nunquam innata'st*, Poen. 1, 2, 87. *cáve ne in te sit móra mihi*, Curc. 3, 90. [2]) *in vobis résident mores prístini*, Truc. prol. 7. *Haec húius saecli móres in se póssidet*, ib. 13. *Inést lepos in núncio tuo mágnus*, Rud. 2, 3, 22. *si in te Pudor assit*, Stich. 2, 1, 51. *Nisi quaé mihi in te'st aút tibi est in mé salus*, Pseud. 1, 1, 69. *inést spes nóbis in hac astútia*, Capt. 2, 1, 53. [3]) *spes in te uno est*, Mil. 4, 2, 60. *In té nunc sunt spes ómnes aetatí meae*, Pseud. 1, 1, 109. [4]) *si qua in hoc spes sita'st mihi*, ib. 5, 2, 4. *etiam spécula in sortitú'st mihi*, Cas. 2, 4, 27. *Ecquid quod mandavi tibi? estne quid in te speculae? S. adito*, Pers. 2, 5, 9. [5]) *in hoc* (vino) *ómnes venústates súnt*, Pseud. 5, 1, 12. *quod in te uno fuit*, Capt. 3, 5, 12. *quod in se fuit*, Bacch. 3, 6, 21. — *In te hércle certumst príncipium ut sim párcus experíri*, Most. 1, 3, 80. *Nam ín mala uxore átque inimico sí quid sumas, súmptus est; I'n bono hospite átque amico quaéstus est quod súmitur; E't quod in divínis rebus súmas, sapientí lucro est*, Mil. 3, 1, 79 sqq. *Minus hércle in hisce rébus sumptum séx minis*, Trin. 2, 4, 9. *fácta est pugna in gállo gallináceo*, Aul. 3, 4, 13. *Haúd potui etiam in prímo*

---

[1]) vulg. *ego* abest; Lind. *huncce*, W. hiatum admittit in *conspicio*.

[2]) vulg. *ne* abest; inseruimus ut hiatum tolleremus; tum vulg. *mihi mora* contra Δp.

[3]) fort. legendum *est spés nob's*.

[4]) ita Pareus, vulg. *omnes spes*.

[5]) Versus esse debet septenarius iamb., quem W. ita constituit: *Ecquid, quód mandávi tibi, éstne in te spéculaé? S. adito*, in quo ferri non potest elisio vocabuli *tibi* et hiatus in *estne*. In Mss. Pall. teste Pareo *quid* post *estne* omissum est, ex quo apparet turbatum esse aliquid illo versus loco. Fortasse legendum: *ecquid in te speculae* omisso *estne* aut *estne in te specula* quod propius etiam ad codd. accedit; ita hiatus erit legitimus in *tibi* et prima *specula* vocabuli syllaba corripietur, quod quidem videtur certum esse in eo qui praecedit versu Cas. 2, 4, 27.; tertio enim loco Rud. 3, 3, 3. in ipso hoc vocabulo codd. non satis certa praebent.

verbo pérspicere sapiéntiam, Pers. 4, 4, 4. *in parté hác amanti ut liceat ei potírier*, Asin. 5, 2, 66. [1])

9. Singularis est Plautina loquendi formula *in quaestione alicui esse* pro *quaerendum esse:*

Ne in quaéstione míhi sit, si quid eúm velim, Cist. 2, 3, 49. *Séd videsis ne in qu. sís, quando arcessám, mihi*, Pseud. 2, 2, 68. *Edepol tibi ne in qu. essémus, cautum intéllego*, Capt. 2, 2, 3. [2]) *Sed récipe te quantúm potes: cave sis mi in quaestióne,* Pers. 1, 1, 52. [3])

10. *In* cum temporalibus notionibus iunctum aut continuum aliquod temporis spatium quo aliquid agitur, aut numeralibus adverbiis praecedentibus certo aliquo illius spatii puncto aliquid fieri indicat:

Pródigum te fuísse oportet ólim in adulescéntia (i. e. per tempus adolesceutiae, cum adolescens esses), Amph. 4, 2, 11. cf. Ep. 3, 3, 6. 10. 51. 3, 4, 13. Bacch. 3, 3, 6. Merc. 2, 1, 40. Pseud. 1, 5, 22. *Satín parva rés est volúptatum in víta atque in aétate agúnda,* Amph. 2, 2, 1 sq. *ita cuíque est in aét. hominúm comparátum*, ib. 4. (cf. Lind.) *in hóm. aet. múlta eveniunt huíusmodi*, ib. 3, 2, 57. *saepe aet. ín sua Pérdidit civem,* Men. 5, 2, 85. *omni in aét. sémper Ornántur*, Poen. 1, 2, 18. *in aét. hom. plúrimae Fiúnt transennae,* Rud. 4, 7, 9. *in aet. utile* (est), Trin. 1, 1, 2. *Vtrúmque in aet. haúd bonum'st,* ib. 2, 4, 61. *ĭn senécta male querére*, Most. 1, 3, 60. *Eăm pudet me tíbi in senecta obiícere sollicitúdinem,* Mil. 3, 1, 29. *Decúrso in spatio bréve quod vitae rélicuumst,* Merc. 3, 2, 4. *quid mi est in vitá boni?* ib. 2, 4, 3. *In his diebus* (in den nächsten Tagen), Capt. 1, 2, 65. *Ego fáxo dicat me ín d. paúculis Crudúm virum esse*, Truc. 2, 8, 13. *in hoc triduo* (in den nächsten 3 T.) — *evolvam id argentum*, Pseud. 1, 3, 82. [4])

---

[1]) semel tantum *in parte* pro *ex parte* sive *partim* legitur apud Plautum; Lamb. et Both. *in partem.*

[2]) ita e *Δ*p a m. sec. legendum pro vulg. *ne quaestioni.* Et similiter fort. legendum Cas. 3, 1, 16. *Séd tu cave ne in quaéstione mihi sis.*

[3]) vulg. *quam primum potes* et *fuas* pro *sis;* illud iam W. emendatum exhibet.

[4]) Solus abl. legitur Poen. 4, 2, 50. *his duobus mensibus Volucres tibi erunt tuae hirquinae* et delenda videtur praepositio in hoc: *Quós* (nummos) *continuo tibi reponam [in] hoc triduo aut quatriduo,* Pers. 1, 1, 38. delevitque Bothius. Verum Weisius: *Q. c. tibi repónam in hoc triduo aút quatriduo* tetrametrum acatalectum facit, addens in nota alibi corripi eas syllabas, velut etiam *postriduo* Mil. 4, 2, 92. At illius versus minime certa est ratio; videtur enim iamb. septenarius esse, sed

Fructus ebibere in hora una, ib. 5, 2, 11. — *Rerin' ter in anno tu hás tonsitári?* Bacch. 5, 2, 9. *Quin súspirabo plús sexcenties in die*, Men. 5, 4, 8. [1]) *Quaene* (mustela) *ipsa deciens in die mutát locum,* Stich. 3, 2, 45. [2]) *in singulis stipendiis — exuvias dabit,* Ep. 1, 1, 36.

11. Notandae denique sunt formulae *in tempore* i. e. iusto tempore, quod idem solo abl. *tempore* et *tempori* dicitur interdum, saepius *temperi*, et *in principio:*

Alcumenae in témpore auxiliúm feram, Amph. 3, 1, 17, *in t. advenis*, Capt. 4, 2, 56. *Dédita opera in t. ipso Spés mihi sancta súbvenit,* Cist. 4, 1, 18. *Cum huc ádvenisti hódie in ipso t.*, Poen. 5, 3, 19. — *in principio Illico,* Ep. 3, 1, 4. *iam in pr.*, Aul. 2, 5, 13. [3]) Poen. 5, 2, 146. *Núnquid in pr. cessávit vérbum docte dícere?* Pers. 4, 4, 3. [4])

12. Verba quaedam motum indicantia praepositionem *in* cum ablativo asciscunt:

in ara hic assidam, Aul. 4, 1, 20. *assídite hic in ára*, Rud. 3, 3, 26. *fórte ut assedi ín stega*, Bacch. 2, 3, 44. *in sella — assíderes*, ib. 3, 3, 28. *assedistis — in festivó loco*, Mil. 2, 1, 5. *tibi — múlta bona in pectóre consident,* Trin. 2, 2, 19. *istam cólloca crumínam in collo*, Asin. 3, 3, 67. *Ipse ín meo collo túus pater crumínam collocávit,* Ep. 3, 2, 24. *Nae illum édepol multa in péctore suo cóllocare opórtet*, Pers. 1, 1, 8. [5]) *in tergo — éx-*

---

tam multis spondeis et anapaestis, ut verius pro anapaestico tetrametro habeatur, ita ut etiam postremae duae syllabae *postriduo* vocabuli unam longam aut duas breves efficiant: *Postriduo natus sum égo mulier, quam Iúppiter ex Ope nátust.* Praeterea duplex hiatus et productio *in* praepositionis tam est veri dissimilis, ut illa Weisii ratio omnino reiicienda videatur. Producitur autem semper *triduum* apud Plautum, velut Asin. 2, 4, 22. Bacch. 3, 3, 57. Cist. 1, 1, 106. (ubi fort. *unum* inserendum est: *ut hánc hoc unum tríduum solúm sinas,* nam deest pes integer) Mil. 3, 1, 147. Truc. 2, 3, 16. 4, 4, 21. et Ter. Andr. 2, 6, 9. Eun. 2, 1, 17. 18. Ad. 4, 1, 4. Phorm. 3, 2, 4. 3, 3, 3. nec memini usquam corripi. Eadem est ratio similium vocabulorum *biduum* apud Ter. Eun. 1, 2, 101. 102. 2, 2, 52. 4, 2, 8. *tritavos,* Plaut. Pers. 1, 2, 5. *triveneficu*, Aul. 1, 2, 8. ubicunque iam antiquitus productio requiri videbatur; nam in aliis permultis ea syllaba *tri* corripitur.

1) Δp *sescenta*, Θps *sesentia*, L. et Pr. *sexcentum dies*, W. *súspirabit plús sexcentos in dies.* Quid verum sit difficile est diiudicatu; de synizesi tamen *sescentiens* dubito.

2) vulg. *et ipsa*, ΔΘp *deciens.*

3) *in* addendum videtur ex Δp.

4) Becker. in Quaest. p. 12. contrahendam censet formam perfecti *cessarit;* quod hoc quidem loco non est necessarium, nam potest primus pes esse dactylus.

5) vulg. *edepol illum.*

petant mendácia, Amph. 2, 1, 42. [1]) *Satin' éadem in vigilanti éxpetunt?* Mil. 2, 4, 40. [2]) *nísus laeva in fémine habet laevám manum*, Mil. 2, 2, 48. [3]) *Appónam hercle urnam iám égo hanc in mediá via*, Rud. 2, 5, 14. *Et ne ín suspicióne ponatúr stupri*, Amph. 1, 2, 27. *qui in tantis pósitus sum senténtiis*, Ep. 3, 4, 80. *Ego istum* (animum) *ín tranquillo et túto sistam, né time*, Merc. 5, 2, 50. *Quaene* (navis) *subducta erat tuto in terra?* Most. 3, 2, 50.

II.

1. *In* praepositio cum accusativo iuncta motum indicat, ita ut aliquid intra fines alicuius rei, sive illi planitiem quandam sive solidum corpus includunt, recipiatur. Nonnunquam tantum regio indicatur, qua aliquid movetur ad alteram rem aut contra eam, et facillime is motus ad res cogitatas transfertur; hinc multiplex est usus huius praepositionis:

Ego in aedem Veneris eo, Poen. 1, 1, 62. *in aedem V.* (me ago), ib. 1, 2, 120. *ad prandium — in aedem — ducere*, ib. 3, 1, 26. *si in aédem ad coenam véneris*, Trin. 2, 4, 67. *cur non íntroeo in nostrám domum?* Amph. 1, 1, 253. *Quín introire in aédis nunquam licitum est*, ib. 2, 1, 70. *íntroíre in alienám domum*, Mil. 4, 4, 32. *nec veto Introíre in aedis*, Truc. 2, 8, 12. *Introrumpam recta in aedis*, Mil. 2, 5, 50. *intror. in aedis*, Amph. 4, 3, 14. [4]) *Cave quémquam alienum in aédis intromíseris*, Aul. 1, 2, 12. *in aedis — neminem Volo íntromitti*, ib. 20. *Qui mi íntromisti in aédis quingentós coquos*, ib. 3, 6, 17. [5]) *Séd nolo mi oblátatricem in aédis intromíttere*, Mil. 3, 1, 87. *Amícam adduxit íntro in aedis*, Merc. 4, 5, 11. *pérgam in aedis núnc ïam*, Amph. 4, 3, 18. [6]) *Quo aut quás in aedis haéc puellam déferat*, Cist. 1, 3, 21. *Hic póstquam in aedis me ád se deduxít domum*, Mil. 2, 1, 43. [7]) *in aedis me ád te adduxistí tuas*, Rud. 2, 6, 13. cf. ib. 17. *nám nullo pactó potest Prius haéc in aedis récipi*, Mil. 4, 3, 3. *Meásque in aedis síc scorta obductárier* (non patiar), Merc. 4, 4, 46. *quia scortúm sibi Ob oculos addúxerit*

---

[1]) alii *tergum* voluerunt.

[2]) vulg. *vigilantes*, cf. Ritschl.

[3]) vulg. *laeva*.

[4]) vulg. cum codd. et edd. vett. *aedibus*.

[5]) vulg. *mi* abest; sed. habet Pr. Par.; *intromisti* exhibet Pal. 2. pro vulg. *intromisisti*; tum falso omnes *aedibus*.

[6]) vulg. cum codd. et edd. vett. *aedibus*.

[7]) vulg. *duxit* iam a vett. emendatum.

in aédis, ib. 5, 2, 83. *Néque pedem meum huc intuli etiam in aédis*, Amph. 2, 2, 101.[1]) *in hasce aedís pedem Nemo íntro tetulit*, Most. 2, 2, 39. *neges te unquám pedem I'n eas aedis intulisse*, Men. 5, 2, 66 sq. *Bárbarum hospitém mi in aedis nil moror*, Rud. 2, 7, 25. *Clades — in nostram advenít domum*, Capt. 4, 4, 3. *quando te ét amicitiam et grátiam in nostrám domum Video allicere*, Trin. 2, 2, 101. *In aédiculam istanc seŏrsum concludí volo*, Ep. 3, 3, 21. *Malós in quem* (agrum) *omnes públice mittí decet*, Trin. 2, 4, 147. *Quám mage in altum té capessis, tam aéstus te in portúm refert*, Asin. 1, 3, 6.[2]) *ubi sumus provecti in altum*, Mil. 2, 1, 39. *Illórum navis lónge in altum abscésserat*, Rud. prol. 66. *abisse pessum in altum*, ib. 2, 3, 64.[3]) *Cum hasce hérbas huiusmodi ín suum alvum cóngerunt*, Pseud. 3, 2, 34. *in id ángiportum mé devorti iússerat*, ib. 4, 2, 6. *Dáte mi huc stactam atque ígnem in aram*, Truc. 2, 5, 23. *in árcem ábiit*, Bacch. 4, 8, 59.[4]) *quod ín aurem réx reginae díxerit*, Trin. 1, 2, 170. *ad Bacchas veni in Bacchanal*, Aul. 3, 1, 3. *I'lle in balineás iturust*, Asin. 2, 2, 90. *it lavatum In bal.*, Rud. 2, 3, 52. *effunde hoc cito In barathrum*, Curc. 1, 2, 29. *in barathrum mávelim* (introrumpas), Rud. 2, 7, 12. *Enim métuo ut possim in búbilem reiícere, ne vagéntur*, Pers. 2, 5, 18.[5]) *ire in carcerem*, Poen. 3, 3, 79. *si trésviri me in c. compégerint*, Amph. 1, 1, 3. *E't ob eam rem in c. ted ésse compactúm scio*, Men. 5, 5, 39.[6]) *Neú te in c. compingi aequomst*, Rud. 3, 4, 10.[7]) *in c.* (veni), Stich. 4, 2, 41. *in c. ires*, ib. 44. *in castra ex urbe — veniunt*, Amph. 1, 1, 100. *in c. redeo*, Ep. 3, 2, 45. *nunc intéllego Redaúspicandum esse ín catenas dénuo*, Capt. 3, 5, 109. *In cáveam latam* (cistellam) *opórtuít*, Cist. 4, 2, 66. *te in c. dabo*, Capt. 1, 2, 15. *ego in coelum migro*, Amph. 5, 2, 13. *Is odós demissis pédibus in c. volat*, Pseud. 3, 2, 52. *Quí periurum cónvenire vólt hominem, ito in Cómi-*

---

1) vulg. *meum pedem.*

2) vulg. *magis te in altum.*

3) vulg. *abivisse, Δ*p *abisse, Θ*p *abiisse.*

4) vulg. *abivit*, sed praestat hiatum in caesura statuere, quam formam scriptori obtrudere omnino vix latinam.

5) Acid. Pareus *bubile*, W. *reicere in bubilem* cum Both.; Mss. teste Pareo *imbubilem.*

6) *Θ*s *tebde* pro *ted;* fort. *tete* aut *tepte* legendum; etsi enim alias non invenitur illud *pte* nisi annexum pronominibus possessivis, tamen semel certe etiam in personali apud Plautum legitur Men. 5, 8, 10. *quoi certissimumst Mepte potius fieri servom, quam te unquam emittam manu*, ubi *Δ*p a m. 1. *mente*, idem a m. 2. *mepte, Θ*ps *meapte.*

7) vulg. *Nire* contra *ΔΘ*p et *est aequom* contra versum aut hiatus statuendus est in *aequom*, quem admisit W.

tium, Curc. 4, 1, 9. [1]) *Non plúris refert, quám si imbrem in cribrúm geras*, Pseud. 1, 1, 100. *Vóluit in cúbiculum abdúcere me anus*, Most. 3, 2, 7. *ut ted auferam — in Fidĕi fanum*, Aul. 3, 6, 47. *in f. Véneris qui muliérculas Duas sécum adduxit*, Rud. 1, 2, 40. *i sane in V. f. huc intro*, ib. 2, 3, 55. *Sed quid ego cesso fúgere in f.*, ib. 2, 4, 33. *I'ntrorumpam iam huc in V. f.*, ib. 2, 7, 12. *Quín abeo hinc in V. f.*, ib. 28. *Cúrrite huc in V. f.*, ib. 3, 2, 8. *visam húc in V. f.*, ib. 5, 1, 6. *concludére in fenĕstram fírmiter*, Cas. 1, 44. *Quórum odos subbásilicanos ómnes abigit in forum*, Capt. 4, 2, 35. *prótulisse ullum* (vidulum) *ín f.* (vidisti)? Rud. 4, 3, 49. *Iám enim eccere ibo in f.*, Truc. 2, 2, 58. [2]) *Vídesis, ego ille dóctus leno paéne in foveam décidi*, Pers. 4, 4, 45. *Cénsen' tu illum hódie primum ire ássuetum esse in gáneum?* Asin. 5, 2, 37. [3]) *Immérsit aliquo sése, credo, in g.*, Men. 5, 1, 3. *Nam hóspes nullus tám in amici hospitium devorti potest*, Mil. 3, 1, 146. *hortámini, Vt dévortatur ád me in h. óptumum*, Poen. 3, 3, 60. *I'nsanum est malúm devorti in hóspitium ad Cupídinem*, Trin. 3, 2, 47. [4]) *in ignem cóniciam* (te), Rud. 3, 4, 64. *Dévolant angués iubati deŏrsum in impluviúm duo*, Amph. 5, 1, 56. *si forte in ínsidias devénero*, Asin. 1, 1, 92. *in insid. deveni*, Men. 1, 2, 27. *démisisti gládium in iugulum*, Merc. 3, 4, 28. *In lápicidinas fácito deductús siet*, Capt. 3, 5, 78. *Inde ibis porro in látomias lapidárias*, ib. 65. *Séquere hac igitur me intro in lectum*, Bacch. 1, 1, 75. *quem in locum* (emigrasti)? Men. 5, 2, 71. *abierunt hínc in communém locum* (i. e. Orcum), Cas. prol. 19. *Quaé parenteis ín tam angustum tŭos locum compégeris*, Rud. 4, 4, 103. *Hodie ire in ludum occoépi litterárium*, Merc. 2, 2, 32. *Cúcus si in l. íret*, Pers. 2, 1, 6. *ego eo in macellum*, Pseud. 1, 2, 36. *Quippe cum extemplo in m. pisces prolati sient*, Rud. 4, 3, 40. *Si hodie hércle fustem cépero aut stimulum ín manum*, Aul. 1, 1, 9. [5]) *iam lora in manus cepí meas*, Merc. 5, 2, 90. *talenta argénti*

---

[1]) vulg. *mitto* pro *ito*; Both. *Peri. hom. conv. qui v., mitto in C.*; W. vulg. retinuit *e* finale in *convenire* omnino evanescere posse ratus; Pareus alios (i. e. Gruterum) contra libbr. Mss. consensum *ito* legere adnotavit, quod amplexi sumus.

[2]) Θs et Mss. Parei *iamenim exercere ibi forum*; Both. *Iám enim exercebo forum* i. e. commovebo homines forenses; sed h. l. minime sermo est de concitandis hominibus forensibus, neque qui ii sint apparet, verum consilium suum in forum eundi manifesto ostendit iis quae sequuntur verbis *atque haec facta narrabo seni*; is igitur solus ut commovendus cogitari potest. Ad quam sententiam aptissime praecedit *Iam enim — eccere ibo in forum*, dummodo ne illud *eccere* interpositum contra versum esset.

[3]) L. Pr. *esse* omittunt ad numeros haud dubie rectius, quanquam hiatus oritur in *primum*.

[4]) vulg. *in hospitium devorti.*

[5]) Pareus: „*hercle* a recensoris manu in Δ supra lineam positum est, ita ut collocetur post *hodie.*" Malim *hercle hodie.*

numerata in manum, Asin. 1, 3, 41. *tálos poscit sibi in m.,* Curc. 2, 3, 75. *ut — ei tabellas dem in m.,* Bacch. 4, 5, 9. *istos rastros vílico Pisto ipsi facito córam ut tradas in m.,* Merc. 2, 2, 7. [1]) *dedi Minás quadraginta ádulescenti ipsi in m.,* Trin. 1, 2, 89. *quid ínterest dare te in manus Argéntum amanti,* ib. 93. *e mánibus dedit mi ipse in m.,* ib. 4, 2, 57. *In mare it* (zur See), Bacch. 3, 3, 54. *omnis éa aqua abeat in m. Nam hoc in m. abit,* Truc. 2, 7, 13. 14. *Fácite illic homo iam in medicinam ablátus sublimis siet,* Men. 5, 7, 3. *Deĭnde uterque imperatór in medium éxeunt,* Amph. 1, 1, 68. [2]) *V't quidem hercle in m. ego hodie péssume procésserim,* Capt. 3, 4, 116. *filiam Coniicit in navem miles,* Mil. 2, 1, 34. [3]) *adiubeat férri in navim,* ib. 4, 4, 50. *Simuláto quasi eas prórsum in navem,* Pers. 4, 5, 5. *noctu in n. comportát domo,* Rud. prol. 58. *E'go te in nervom, haud ád praetorem rápiam,* Curc. 5, 3, 45. *meliust te in n. corrépere,* Rud. 3, 6, 34. *Tu in n. rapere,* ib. 38. *In n. ille hodie nídamenta cóngeret,* ib. 51. *vel etiam in oculos compingite* (vobis pallam), Men. 4, 3, 17. *Pénetrare huiusmodi in palaestram,* Bacch. 1, 1, 33. *in p. véneras,* ib. 3, 3, 20. *Reducémque faciet líberum in patriám,* Capt. prol. 43. cf. ib. 3, 5, 28. *in p.* (fugere), ib. 2, 1, 15. *I n p. redeámus ambo,* Men. 5, 9, 90. *vos in p. domum Rédisse video,* Stich. 4, 1, 2. cf. ib. 4, 2, 7. *me — in p. — reducem faciunt,* Trin. 4, 1, 4. *Quae núnciare hinc té volo in p. ád patrem,* Capt. 2, 3, 24. *faciam ut déportere in pérgulam,* Pseud. 1, 2, 79. *Ille ést abductus récta in phylacam,* Capt. 3, 5, 93. *Ibo in Piraeum,* Bacch. 2, 3, 1. *ego ire in P. volo,* Most. 1, 1, 63. *Curre in P.,* Trin. 4, 4, 11. *Quasi in piscinam réte qui iaculúm parat,* Truc. 1, 1, 14. *Iubéres hunc praecipitem in pistrinúm trahi,* Pseud. 1, 5, 79. *Qúod te in p. scís actutum trádier,* Most. 1, 1, 16. *Canés compellunt in plagas lepidé Lycum,* Poen. 3, 3, 35. *Sed quis híc est, qui huc in pláteam cursuram íncipit?* Trin. 4, 2, 164. *in portum advectí sumus,* Amph. 2, 2, 99. *in p. huc út sum advectus,* Merc. 2, 3, 54. *ecquae advénerit In p. — navis,* Bacch. 2, 3, 2. *Si quá peregrina návis in p. ádvenit,* Men. 2, 2, 65. [4]) *Is heri húc in p. návi venit véspere,* Poen. prol. 114. *Nám heri in p. nóctu navis vénit,* Pers. 4, 4, 28. *quámdudum in p. venis Húc?* Stich. 4, 1, 23. *I'n p. — pervenit* (cercurus), ib. 2, 2, 45. *rúrsum in p. récipimus* (i. e. *nos* vel *navem*), Bacch. 2, 3, 60. *aéstus te in p. refert,* Asin. 1, 3, 6. *in praesidium* (devenisti), Men. 1, 2, 27. *Ego húc transeo in proxumúm,* Cas. 2, 1, 2. *Séquimini, cómites, in pr. me húc,* ib. 2, 2, 1. *Míror huc iam nón arcessi in pr.*

---

[1]) Θs *vilico;* Pareus *Praesto* pro *Pisto* contra omnes codd.

[2]) vulg. *utrique imperatores,* cf. Lind.

[3]) Δp *contigit,* Θps *contegit,* Lind. cum aliis *compegit.*

[4]) Θp *quia* pro *qua;* fort. leg. *quae.*

uxorém meam, ib. 3, 2, 9. *ad Chaéribulum iússit huc in pr.* (i. e. ire), Ep. 1, 1, 65. *húc in pr. devórti mihi sunt vísi*, Mil. 2, 4, 32. [1]) *nón prodibo in públicum*, Stich. 4, 2, 34. *subdúcam navim rúrsum in pulvinárium*, Cas. 3, 2, 27. *Póstea ibo lautum in pyelum*, Stich. 4, 1, 62. [2]) *In incertas regiones — eiectam*, Rud. 1, 3, 4. *De návi timidae désiluerunt in scapham*, Rud. prol. 75. *E návi timidae ambae in sc. insilúimus*, ib. 2, 3, 36. *Plautína longa fábula in scenám venit*, Pseud. prol. 25. *qui in sc. próvenit* (i. e. procedit), ib. 1, 5, 155. *quo me in sílvam venatúm vocas?* Men. 5, 2, 82. *Coniíciam sortis ín sitellam*, Cas. 2, 5, 34. *Vt cónquisitores sínguli in subséllia Eánt per totam cáveam*, Amph. prol. 65 sq. *Abduc istos ín tabernam actútum devorsóriam*, Men. 2, 3, 81. [3]) *ibo in t.*, ib. 5, 7, 46. *E'go devortor éxtra portam huc ín t. tértiam*, Pseud. 2, 2, 63. [4]) *in t. dúcor devorsóriam*, Truc. 3, 2, 29. *Quín etiam decíderint vobis fémina in talós velim. A. At edepol tibi nós in lumbos línguam atque oculos ín solum*, Poen. 3, 1, 67 sq. [5]) *Récipe me in tectum*, Rud. 2, 7, 16. *Quae* (petulantia) *in térgum meúm ne veniát male formído*, Cist. 4, 2, 4. *Desíluit haec autem áltera in terram é scapha*, Rud. 1, 2, 84. *Libanum in tonstrinam ut iússeram veníre*, Asin. 2, 4, 2. cf. ib. 7. *Húnc ego hominem hodie ín transennam dóctis inducám dolis*, Pers. 4, 3, 11. [6]) *ex obsidióne in tutum edúxi maniplarés meos*, Most. 5, 1, 7. *in génua in undas cóncidit*, Rud. 1, 2, 85. *qui húc in hanc urbém pedem Nísi hodie nunquam íntro tetulit*, Men. 2, 3, 29 sq. *In úrbem non redíbit*, Cas. prol. 65. *vēni in u.*, ib. 1, 18. *remittam ad te virum — in u.*, ib. 2, 8, 2. *Cúrriculo iube in úrbem veniat*, Most. 3, 3, 26. [7]) *priusquam in u. advénerit*, Ep. 2, 2, 86. *Quid in hánc venistis u.?* Poen. 5, 2, 49. *Iube illós in u. ire*, Rud. 3, 6, 18. *Séd propera ire in u. actutum*, ib. 4, 6, 19. *in u. quótienscunque advénimus*; Truc. 2, 2, 27. *postquam in u. crebro cómmeo*, ib. 3, 2, 14. [8]) *ego pérperas Ovés in crumina hác in urbem détuli*, ib. 3,

---

[1]) vulg. *mihi devorti*, cf. R.

[2]) vulg. *lavatum in Pilum*; em. Lamb.

[3]) vulg. *diversoriam*, *ΔΘ*p *divorsoriam*, *Θ*s *devorsoriam*.

[4]) W. *devortar*, fort. recte.

[5]) v. 67. intolerabilis est prima producta in vocabulo *femina*, itaque recte videtur coniecisse Douza *flemina* (Geschwulst); sed quae est v. 68. oppositio in vocabulis *linguam* et *oculos* vetat id verum esse putari; hinc suspicor transponendum esse *femina vobis*, quemadmodum v. 68. transponendum erat vulg. *nos tibi*.

[6]) vulg. *ducam*, em. Both.

[7]) vulg. *abi*, *iube*, *Θ*s, L. Pr. *ubi* pro *abi*.

[8]) vulg. *commoveo* contra versum.

1, 10. *Neque héminás equidem ócto exprompsi in úrceum*, Mil. 3, 2, 18. [1]) *Cónveniebatne ín vaginam tŭam machaera militis?* Pseud. 4, 7, 85. *in ventrem súmpsit confidéntiam*, Capt. 4, 2, 25. *Nolo in vesicam quód eat, in véntrém volo*, Pers. 1, 3, 18. *Nisi fórte in v. filio corrépserit*, Trin. 2, 4, 22. *huc déturbatote ín viam*, Mil. 2, 2, 6. *Detrúde, deturba ín v.*, Merc. 1, 2, 6. *éloquar Me istánc capillo prótracturum esse ín v.*, ib. 4, 4, 58. *Conclúsit* (cistellulam) *ipse in vidulum*, Rud. 2, 3, 61. *Conclúdo in vincla béstiam nequíssumam*, ib. 3, 1, 18.

2. Nomina urbium et terrarum nondum habent constantem usum; quaedam et cum praepositione et sine ea dicuntur, velut *Ephesus*, alia a posteriorum scriptorum usu non recedunt, velut *Athenae:*

in Aegyptum — vectús fui, Sed étiam in terras sólas, Most. 4, 3, 2 sq. *in Alidem mittam*, Capt. 2, 3, 19. *in A. me meo patri* (restituat), ib. 3, 4, 56. [2]) *in Anactorium dévehit*, Poen. prol. 87. *Latrócinatum aut ín Asiam aut in Cíliciam*, Trin. 2, 4, 198. *cómmigravit ín Calydonem haúd diu*, Poen. prol. 94. [3]) *in Cariam misi*, Curc. 1, 1, 67. *missust in C.*, ib. 2, 2, 25. *perveni in C.*, ib. 2, 3, 50. *vénimus in C.*, ib. 3, 68. [4]) *pedes, vos in curriculum cónicitis I'n Cyprum*, Merc. 5, 2, 92. [5]) *in Elatiam hodie eat*, Bacch. 4, 2, 9. *in Ephesum abii*, Bacch. 2, 1, 2. 3, 2, 4. *in Eph. ibit*, ib. 2, 3, 120. *in Eph. miseram*, ib. 15. *navigo in Eph.*, ib. 4, 6, 7. *in Eph. advehit*, Mil. 2, 1, 35. *Venisse Athenis in Eph.*, ib. 2, 4, 31. [6]) *in Epidamnum — redeundum est mihi*, Men. prol. 49. *in Ep. venit*, ib. 70. [7]) *quom advénis In Epidaurum*, Curc. 4, 4, 6. *in Lemnum aufugit*, Cist. 1, 3, 13. *in Póntum advecti — sumus*, Trin. 4, 2, 88. *Quoniam hínc iturus ést ipse in Seleúciam*, Trin. 1, 2, 72. *illam in Sicyonem abduxit modo*, Pseud. 4, 6, 36. [8]) *Eat in Siciliam*, Rud. prol. 54. *nos hinc auferre voluit In S.*, ib. 2, 3, 26. cf. ib. 2, 6, 11.

---

[1]) vulg. *equidem heminas* contra versum, nam *hemina* vox dactylum efficit.

[2]) *Abiit Alidem*, Capt. 3, 4, 41.

[3]) *puerum Calydonem avehit*, Poen. prol. 72.

[4]) *rógat quid veniam Cárium*, Curc. 2, 3, 60. quanquam suspicari quis possit excidisse *in*.

[5]) *Iam Cyprum veni*, Merc. 5, 2, 96.

[6]) *Athenis Ephesum adveni*, Mil. 2, 5, 29. *Eíus huc gemina vénit Eph.*, ib. 4, 1, 28. *advenit Eph. mater*, ib. 29. *Philippos attulimus aúreos Ephesó*, Bacch. 2, 2, 53.

[7]) *avehitque Epidamnium*, Men. prol. 33. *Si quis quid vostrum Epidamnum curar' sibi Vel t*, ib. 51. *Ep. venimus*, ib. 2, 1, 5. (ubi Δp falso addit *in*). *Epidamnum nunquam vidi neque veni*, ib. 2, 2, 32. (quanquam h. l. imprimis pendet ex verbo *vidi.*)

[8]) vulg. *adduxit;* exemplum sine praepositione est Pseud. 4, 2, 38. *Nám necesse hodié Sicyoni me ésse.*

Singulariter nomen populi pro terra dicit Pers. 4, 7, 8. *quo illum sequar? In Persas.*

3. Separatim videntur afferenda ea verba, quae cum ipsa *in* praepositione composita sunt eamque insuper additam habent; tum verba *ponendi* et *collocandi* et similia (cf. I. 12.), quanquam nonnulla eorum verborum exempla propter notiones in ipsis propositas ad alias huius disputationis partes pertinent:

Qui saépe ante in nostrás scapulas cicatríces indidérunt, Asin. 3, 2, 7. *Dí me et te infelícitent, Sí ego in os meum hódie vini gúttam indidi,* Cas. 2, 3, 31. *Inde ígnem in aram,* Mil. 2, 5, 1. *quási in aquam indideris salem,* Merc. 1, 2, 92. *cicilendrum quándo in patinas índidi,* Pseud. 3, 2, 42. *In fúndas visci indébant grandiculós globos,* Poen. 2, 35. *tace, Dum ín regionem astútiarum mearum te inducó,* Mil. 2, 2, 78. *Né suarum se míseriarum in mémoriam inducás,* Pers. 4, 4, 91. *Indúxi in animum, ne óderim,* Mil. 4, 6, 54. [1]) *Atque hóc scelesti in ánimum inducúnt suum,* Rud. prol. 22. [2]) *proin tu te in laqueum índuas,* Cas. 1, 25. *Meăm domum ne imbítas: tu te in pístrinum ...... ínferas,* Ep. 1, 2, 42. [3]) *Prímae ut inferrémus ignem in áram,* Poen. 1, 2, 106. *Velut meretrix*

---

[1]) vulg. *in* abest contra Θs, L.

[2]) fort. *qui* inserendum post *animum*, ut verba *Et operum* apodosin efficiant.

[3]) vulg. *inferas* non legitur, sed videtur esse in Δp et Pall. cum vacuo spatio inter *pistrinum* et *inferas*, quod Pareus cum aliis voce *recta* non male supplevit, quanquam etiam *actutum* inseri potest; sed si Grutero fides est habenda, ne *inferas* quidem in illis codd. exstat. Mirabilem h. l. Iacobus procudit versum:

Meám domum ne- imbitas tu, te in pistrinum tu inferas.

nam paenultimam *imbitas* vocabuli corripit, et manifestius etiam eam correptionem alio Epidici loco (2, 2, 119) indicat:

Épidice, eo veni. Ep. ne- ábitas, priúsquam ego ad te vénero.

quanquam tertio loco (3, 4, 1) non est offensus:

Cave praéterbitas úllas aedis, quín roges:

Certissima autem est productio eius vocabuli apud Plautum; quod etsi ex duobus exemplis, in quibus per versum syllaba etiam brevis esse potest, non efficitur, tamen reliquis confirmatur. Sunt autem Plautina exempla haec: Merc. 2, 3, 127. Pseud. 1, 3, 23. Ep. 2, 2, 119. Rud. 3, 4, 72. 3, 5, 35. Capt. 3, 4, 72. Stich. 4, 2, 28. Most. 5, 1, 47. Pseud. 3, 1, 12. Rud. 2, 6, 11. Poen. 5, 3, 44. Capt. 2, 3, 20. 49. 3, 5, 89.

A'd portum ne bitas, dico idm tibi. Ch. auscultábitur.
Licétne, obsecró, bitere án non licét? Ps. vah.

meum erum miserum sua blanditia intulit in Pauperiem, Truc. 2, 7, 19. *In pertusum ingérimus dicta dólium*, Pseud. 1, 3, 135. *Vbi quámque in úrbem ést ingressus*, Poen. prol. 106. *in pláteam ingreditur*, Trin. 4, 1, 21. *Nec scimus quam in partem ingredi persequamur*, Rud. 3, 3, 4. *Qui amáns egens ingréssus est princéps amoris in vias*, Pers. 1, 1, 1. [1]) *Vt íngrediuntur dócte in sycophántiam*, Poen. 3, 3, 41. *Ingredere in viám dolose*, Pseud. 4, 2, 4. *hoc vide*, *Vt ingúrgitat impúra in se merum aváriter*, Curc. 1, 2, 35. [2]) *in horum fámiliam Frustrátionem hódie iniiciam máxumam*, Amph. 3, 1, 14. *Iam pól ego huic aliquem in péctus iniiciám metum*, Cas. 3, 3, 26. *pallium iniice in me huc*, Truc. 2, 5, 26. *I's me in hanc illéxit fraudem*, Mil. 5, 4, 2. *otio cáptus in fr. incidi*, Trin. 3, 2, 32. *V't pereat, ut eum illiciatis ín malam fr. et praémium*, Truc. 2, 2, 43. *Amórem multos íllexe in dispéndium*, Merc. 1, 1, 53. *Postquam ímmigravi in ingenium meúm*, (i. e. mei iuris factus sum), Most. 1, 2, 55. *neque ego id immitto in aures meas*, Ep. 3, 1, 14. [3]) *Ipsús illic sese iam ímpedivit ín plagas*, Mil. 4, 9, 11. *Púgnum in os impínge*, Rud. 3, 4, 5. *Vt ímportem in colóniam hunc auspício commeátum*, Ep. 3, 2, 7. *I'nde in amicitiam ínsinuavit cúm matre et mecúm simul*, Cist. 1, 1, 94. [4]) *Age núnc iam*

E'pidice, eo veni. E. ne abitas, priúsquam ego ad te vénero.
Húnc quoque asserva ipsum, ne quo abitat; nam promísimus.
Sin ípse abitere hínc volet, quantúm potest.
Námque edepol si adbites propius, ós denasabit tibi.
Nón it, non it; quia tanto opere suádes ne ebitát. G. iube.
Hic egó tibi praésidebo, ne interbitat quaéstio.
Eum crúis cruciatu máxumo perbítere.
Maló cruciatu in Siciliam perbíteres.
Praetérbitamus, métuo, magne Iúppiter.
Si nón rebitas húc, ut viginti minas.
E't mea opera, si hinc rebito, fáciam ut faciat fácilius.
At únum hoc quaeso, si húc rebitet Philocrates.

Aliud incertum omnino exemplum ex Curc. 1, 2, 52. hic propter incertam numerorum rationem afferre noluimus. Vs. 2. recte Herm. el. d. m. p. 306. Lipsii coniecturam *bitere* pro vulgato *vivere* tuetur. Vs. 3. vulg. *abeas* legitur contra Δp et Langg.; v. 5. item vulg. *abire* legitur contra versum; W. ex Both. coni. *abbitere*, sed duplex *b* non recte se videtur habere, nam nunquam quod sciam *ab* praepositio ante vocabulum invenitur quod *b* littera incipit.

[1]) vulg. *in amoris.*

[2]) vulg. *ut* ad praecedentem versum pertinet.

[3]) Solus accusativus est Capt. 3, 4, 16. *Né tu, quod istic fábuletur, aúres immittás tuas.*

[4]) videtur intelligendum *se*, quod ib. v. 91. legitur.

insiste in dolos, Mil. 2, 4, 4.[1] *ipsum* (i. e. *sinum*, cadum) *éxpeto Tángere invérgere in mé liquorés tuos, Síne, ductím*, Curc. 1, 2, 12.[2] *homines quáttuor I'n soporem cóllocastis*, Amph. 1, 1, 148. *me cóllocavi in árborem*, Aul. 4, 8, 6. *Tu cóllocere in lúculentam fámiliam*, Cist. 2, 3, 18.[3] *Postquam in tabernam vása et servos cóllocavi, ut iússerat*, Men. 5, 6, 28. *in ótium Te cólloces*, Merc. 3, 2, 9. *Vt eam in se dignam cónditionem cóllocem*, Trin. 1, 2, 122. *in latebrás abscondas* (stultitiam), Cist. 1, 1, 65. *in cunas cónditust* (puer), Amph. 5, 1, 55. *in puteum condite* (ad poenam), Aul. 2, 5, 21. *in lápicidinas cómpeditum cóndidi*, Capt. 5, 1, 24. *in furnum calidum cóndito*, Cas. 2, 5, 1. *núnquid causae est, íllico Quin te in pistrinum cóndam*, Pseud. 1, 5, 120. *Condámus alter álterum ergo in nérvom bráchiálem*, Poen. 5, 4, 99. *vim magní doloris — Cóndidisti in córpus*, Truc. 2, 6, 39. *Condo in cruminam* (minas), ib. 3, 1, 9. *fígam palum in párietem*, Mil. 4, 4, 4. *Nisi te hódie, si prehéndero, defígam in terram cólaphis*, Pers. 2, 4, 22. *Mádida quae mi appósita in mensam míluinam súggerant*, Men. 1, 3, 29. *V'bique imponat in manum alius míhi pro caestu cántharum*, Bacch. 1, 1, 36. *Verúm si posthac mé pedem latúm modo Scies ímposisse in undam* (me), Most. 2, 2, 3 sq. *Impónit alterúm geminum in navém pater*, Men. prol. 26. *quidquíd domi fuit, in navem imposívit*, Rud. 2, 3, 26. *nunquám pedem Voluísti in navem mécum hercle una impónere*, ib. 2, 6, 6.[4] *istam* (cruminam) *imponis in me*, Asin. 3, 3, 69. *húnc in collum, nisi piget, Impóne* (cruminam), Pers. 4, 6, 9.[5] *I'n te ergo hoc onus ómne impono*, Bacch. 3, 3, 92. *cúlpam omnem in me impónite*, Mil. 3, 3, 54.[6] *in eas* (transennas) *plérumque esca impónitur*, Rud. 4, 7, 11. *vereor ne ístaec pollicitátio Te in crímen populo pónat atque infámiam*, Trin. 3, 3, 11. *De istác re in oculum utrúmvis conquiéscito. C. Oculum ánne in aurem?*

---

[1]) vulg. *iam nunc*, cf. Ritschl. Solus acc. legitur Mil. 3, 1, 198. *erro, quam insistas viam*, et ib. 3, 3, 55. *Insiste hoc negotium sapienter.*

[2]) vulg. *Sino*, W. *Siro*, Δp et Pall. *sine*, qui est vocativus *sinus* vocabuli, quod primam producit, velut Curc. 1, 1, 75. 82.

Cedo, púere, sinum. P. quid facturús? Ph. idm scies.
Eine hic cum vino sinus fertur? Ph. n'si nevis.

[3]) vulg. *locere.*

[4]) vulg. *navem cum Hercule*, em. Meurs.

[5]) *hunc* auf diesen, meinen Hals; nam dicit Plautus *hic collus* Capt. 2, 2, 107. 4, 3, 2. (Amph 1, 1, 289. ex Nonii auctoritate.)

[6]) dubiam explicationem admittere videtur: *Haec imponentur in foco nostró Lari*, Aul. 2, 8, 16.; sed insolitus est dativus apud hoc verbum; nam dativus *Lari* videtur indicare in honorem Laris imponi coronas et tusculum.

Ps. at hóc pervolgatum ést nimis, Pseud. 1, 1, 121 sq.[1]) *pédes ego iam illam huc tibi sistam in viam*, Mil. 2, 3, 73.

4. Is motus propter verborum adiectorum significationem interdum putandus est fieri in superiorem partem (hinauf auf, empor in):

Ascendi in lembum, Merc. 2, 1, 35.[2]) *ascendam in tectum*, Amph. 3, 4, 25. *An etiam in coelum éscendisti?* Trin. 4, 2, 100. *in currum conscendi*, Merc. 5, 2, 90.[3]) *in c. inscendo*, Men. 5, 2, 110. *Iam adstiti in c.*, ib. 112. *in navem conscendimus*, Bacch. 2, 3, 43.[4]) *In navem ascendit*, Rud. 2, 2, 20. cf. 2, 6, 54. *quidve in navem inscensio* (mihi erat)? ib. 2, 6, 19. *inscendam aliquam in árborem*, Aul. 4, 6, 12. *Cum súrgat, ne qua in léctum inscendat próxumum*, Asin. 4, 1, 31.[5]) *Tóllam ego ted in cóllum*, Bacch. 3, 6, 42. *Cóntinuo meúm cor coepit ártem fácere lúdicram Atque in pectus émicare*, (i. e. palpitare, salire timore), Aul. 4, 3, 4.[6])

5. Motus ita cogitatur, ut res mota non intra fines alterius rei recipiatur, sed prope eam accedat aut eam circumdet:

Séd tu istuc quid cónfugisti in áram inscitíssumus (ita ut ad aram consideres)? Most. 5, 2, 14. *in aram uti confugiamús prius*, Rud. 2, 4, 34. *Vós in aram abíte sessum*, ib. 3, 4, 2. *Vós confugite in áram potius*, ib. 4, 4, 4. *Quin tu in paludem is?* Rud. 1, 2, 34. *Coniíciam in collum pállium*, Capt. 4, 1, 12. *palliolum in collum cóniice*, Ep. 2, 2, 10. *Capiám coronam mi ín caput*, Amph. 3, 4, 16. *quum extemplo — súmpsero Cássidem in capút*, Trin. 3, 2, 100. *nísi qui colaphos pérpeti Potis parasitus frángique* (sich zerbrechen zu lassen) *aulas ín caput*, Capt. 1, 1, 21.

6. Significat *in* praepositio dirigi aliquam actionem in aliquem locum aut pervenire aliquid in eum locum, unde aliud quid vim suam exercere possit:

---

[1]) vulg. *utrum* inseritur ante *anne* et *minus* pro *nimis* legitur; em. W.

[2]) vulg. *escendi* contra Θs, L. Pr. Par.

[3]) vulg. *escendi*, Δp *uescendi*, Pr. et W. *conscendi*, quod versus flagitat.

[4]) sed Merc. 5, 2, 105. cum solo acc.

[5]) vulg. *neque* pro *ne qua* cum Δp, Pall. L. Pr., quod W. tuetur primam producens aut ultimam non elidens; utrumque ineptum; respondent sibi *ne* et *neque* v. 32., ut v. 17. et 18., 33. et praegressa affirmativa sententia v. 29. 30.

[6]) comparari potest graecum ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ apud Aeschylum Choeph. 161.

in speculum inspéxi, Amph. 1, 1, 286. *húc despexi in próxumum*, Mil. 2, 3, 16. *Quid núnc supina súrsum in coelum cónspicis?* Cist. 2, 3, 78. [1]) — *Ait sese metuere in conspectum illius occedere*, Most. 5, 2, 4. [2]) *Pudét prodire me ád te in c. pater*, Bacch. 4, 9, 84. *illúm prodire púdet in c. tuum*, Most. 5, 2, 33. *Non té pudet prodíre in c. meum*, Men. 5, 1, 8.

7. Ingredimur in aliquam rem ita, ut nos vel agentibus inseramus vel aliquam vitae conditionem subeamus:

quom in cóncionem médiam me immersí miser, Men. 3, 1, 3. *iverám in exercitum*, Amph. 1, 1, 245. *abiit — in ex.*, ib. prol. 102. 125. *quom in ex. profectu's*, ib. 5, 2, 7. (haec de imperatore ad exercitum proficiscente dicta sunt.) *in exilium cum iret*, Merc. 5, 4, 19. [3]) *Té in ex. ire hinc oportet*, Pers. 4, 4, 13. *ámbula in ius*, Curc. 5, 2, 23. 26. Pers. 4, 9, 8. Rud. 3, 6, 22. *illum in ius iube ire*, Most. 5, 1, 40. *Ite in ius*, Poen. 5, 4, 49. *eamus in ius*, ib. 5, 6, 5. *in ius eas*, ib. 12. *Eămus in ius. D. quíd vis in ius me íre?* Truc. 4, 3, 66. [4]) *Rapiamus in ius*, Poen. 5, 5, 56. *Ego húnc scelestum iám rapiam in ius éxulem*, Rud. 3, 6, 21. [5]) *ubi in ius venerit*, Poen. 1, 1, 57. *quom in ius veneris*, ib. 5, 6, 23. *In iús voco te*, Asin. 2, 4, 74. *in ius té voco*, Poen. 5, 6, 6. [6]) *ille in ius mé vocat*, Curc. 5, 3, 5. *in ius vós voco*, Poen. 5, 4, 55. 62. *Quid in iús vocas nos?* ib. 63. *quid me in iús vocas?* Pers. 4, 9, 8. cf. ib. 9. *In ius vocat me*, Rud. 3, 1, 16. *priusquam póterat ire in proélium*, Truc. 2, 6, 30. *Nunc ín tumultum ibo*, Mil. 4, 9, 16.

Pertinent huc illa apud Plautum usitatissima: *in malam rem, crucem abire* et similia: *si ín crucem vis pérgere*, Cas. 1, 5. *iňde in ferriterium, Póstea in cr. recta* (abibis), Most. 3, 2, 55 sq. *égo ferare fáxo, ut meruisti, ín cr.*, ib. 5, 2, 12. *hinc in cr.* (sustollat, abigat), Mil. 2, 3, 39. *primus qui ín cr. excucúrrerit*, Most. 2, 1, 12. *in cr.* (abi),

---

[1]) lectio videtur certa, quanquam Pareus legit *susum iam coelum*, hac adiecta nota: „Ita V. C. et Pal. 3. nam reliqui *sursum iam.* videtur tamen initio fuisse in V. C. *suspina sus iam* et *celum.*"

[2]) vulg. post *Ait* colo distinguitur falso, quia v. 2. *narravit* post *mihi* inserendum est; pro *ctum illius* lacuna est in ΔΘps; *conspectu* L. Pr.; *illius* om. Pr.; *accedere* L.; *ocedere* Δp; *se* Θs, L. Pr.; hinc suspicor legendum esse:

Aĭt se metuere in conspectum pátris iruti occédere.

[3]) nisi gravius mendum latet, fort. legendum *quóm in ex'lium íret* cum hiatu in *exilium.*

[4]) Mss. Parei *Eamus tu intus*, Θs *eamus Intus*; vulg. *tu* post *Eamus* eiiciendum putavimus.

[5]) vulg. *scel. in ius rap.* omisso *iam*; em. Both.

[6]) quod praecedit *Leno* delendum est, item v. 5.

Pers. 5, 2, 73. *quin tu is in malám crucem,* Cruc. 5, 2, 13. Men. 5, 5, 17. *abduce istum in m. cr.,* ib. 5, 3, 15. *I in m. cr.,* Cas. 3, 5, 17. Pseud. 3, 2, 50. 57. 4, 7, 86. Poen. 1, 2, 59. 5, 5, 30. (imus) *in m. cr.,* Cas. 5, 4, 8. *ite hinc in m. cr.,* Poen. 3, 1, 8. *vel hercle in m. cr.,* Bacch. 4, 8, 61. [1]) *abin' hinc in m. cr.,* Most. 3, 2, 163. *fugite hinc in m. cr.,* Men. 5, 7, 28. cf. Poen. 3, 5, 44. *I'n m. cr. ístic ibit Iúppiter lenónius,* Pseud. 1, 3, 101. *phui! in m. cr.,* ib. 5, 2, 5. *ibis in m. cr. L. In m. cr. ibo potius,* Poen. 2, 47 sq. [2]) *utinam hinc ábierit in m. cr.,* ib. 3, 6, 4. [3]) *it in m. cr.,* Rud. 1, 2, 87. *ite ín m. cr.,* ib. 4, 4, 118. *Ni iam — abscedat ín malam magnám crucem,* Men. 5, 2, 96. *híc quidem in summúm cr. Coéna aut prandió perduci pótest,* Stich. 4, 2, 45. *I'licet parasíticae arti máxumam in m. cr.,* Capt. 3, 1, 9. *Ducás easque in m. m. cr.,* Cas. 3, 4, 21. *Abstráxit hominem in m. m. cr.,* Men. prol. 66. *eas m. in m. cr,,* ib. 2, 2, 53. *i dierecte in m. m. cr.,* Poen. 1, 1, 134. *Ferant* (famam) *eantque in m. m. cr.,* Pers. 3, 1. 24. *Quin tu hínc is a mé in m. m. cr.,* Rud. 2, 6, 34. *Ibit — in m. m. cr.,* Trin. 2, 4, 197. *dedisti hodie ín cruciatum Chrýsalum,* Bacch. 4, 4, 36. *Quem pol ego* [*ut non*] *in cr. atque in compedes cogam,* Pers. 5, 2, 9. *abi in malum cr.,* Aul. 3, 3, 11. *I ín m. cr.,* Pers. 4, 4, 25. (Metuo ne) *Máxumum in m. cr. ínsiliamus,* Mil. 2, 3, 8. *I in malam rem,* Poen. 1, 2, 82. 4, 2, 51. *Abi in m. r.,* Capt. 4, 2, 97. Pers. 2, 4, 17. *abí in m. r. máxumum Cum ístac conditione,* Ep. 1, 1, 72.

8. Frequentissimus est usus huius praepositionis translatus de rebus cogitatis, de conditione et potestate in quam aliquid venit aut traditur, de actione quam aliquis suscipit, ita ut initium actionis indicetur:

tua dicta núnc in aures récipio, Cist. 2, 1, 34. *Dum ego mihi consilia in ánimum cónvoco,* Most. 3, 1, 158. *amor advenit in cor meum,* ib. 1, 2, 62. *Is úsque in pectus pérmanavit,* ib. 63. *quam* (tempestatem) *míhi amor et Cupido In péctus perpluit meum,* ib. 1, 3, 8. *Argúmentaque ín pectus múlta institívi,* ib. 1, 2, 2. [4]) *Quíd tibi interpellátio aut in cóncilium huc accéssio est?* Trin. 3, 2, 83. *solus se ín consilium sévocat,* Merc. 2, 3, 45. *Huc tu ín cons. istum ádvocavistí tibi,* ib. 4, 3, 35. *Redeo ín senatum rúrsus,*

---

[1]) intelligendum *abeas;* sed versus laborat; Both. *hercle vel* aut *vel hercule* (qua forma Plautus nusquam videtur usus esse), W. *vel* producit, H. *hercle* non elidendum et paenultimam corripiendam putat; fort. inserendum *tu* post *vel.*

[2]) v. 47. vulg. *is* pro *ibis*, quod metrum et *ibo* postulat; v. 48. *In* vulg. omissum.

[3]) Mss. Parei *aberit;* vulg. *in* abest.

[4]) vulg. *institui;* em. Herm.

Mil. 2, 6, 109. *nisi si clánculum Collápsus est hic in corruptelám suam,* Truc. 3, 2, 3. *Potiús quam in dividiam véniam,* Stich. 3, 1, 40. *nón uti In eándem tute accéderes infámiam,* Trin. 1, 2, 84. *restituam iam ego te in gaúdia,* Merc. 5, 2, 41. *Núnc demum in memóriam redeo — Núnc edepol demum ín m. régredior,* Capt. 5, 4, 25 sq. *in mentem venit,* Aul. 2, 2, 51. *modo hercle in m. v.*, Asin. 3, 2, 42, Merc. 2, 2, 23. *Sáne hoc non in m. v. dudum,* ib. 5, 2, 59. *unum v. in m. modo,* Cas. 2, 6, 27. *in m. v. modo,* Most. 1, 4, 21. *mi in m. v.*, Amph. 1, 1, 137. [1]) *v. in m. mihi,* Curc. 4, 4, 2. *Cum v. mi in m.*, Mil. 4, 8, 48. *quod quidem nunc veniat in m. mihi,* Ep. 5, 1, 32. *át enim scin' quid mi in m. venit?* Pseud. 1, 5, 124. *Festívom facinus v. mi in m. modo,* Poen. 5, 2, 126. *Vénit hoc mi in m., Megadore, téd esse hominem dívitem,* Aul. 2, 2, 49. [2]) *Qui in m. v. tibi — facere?* Bacch. 4, 4, 31. *Qui in m. v. t. istaec dicta dicere?* Trin. 1, 2, 40. *non tibi v. in m.?* ib. 5, 2, 76. *V't lepide atque astúte in m. vénit de speculó malae,* Most. 1, 3, 14. *Quórum nunquam quicquam quoiquam v. in m. ut récte faciant,* Pseud. 1, 2, 2. *veniat in m. tibi,* Pers. 3, 1, 60. *miserae ubi venit in m. Mihi mortis,* Rud. 3, 3, 23. *Nímium lepide in méntem venit,* Stich. 5, 4, 21. *ómnia istaec véniunt in m. mihi,* Trin. 3, 3, 18. *Hóc qui in mentem vénerit mihi,* ib. 4, 3, 43. *Vénitne in m. tibi, quod verbum in cávea dixit hístrio?* Truc. 5, 39. De *in mentem est* vide infra nr. 19. — *Quíd dicam nisi stúltitia meá me in moerorém rapi,* Cist. 1, 1, 63. *Coniícitur ipse in mórbum ex aegritúdine,* Poen. prol. 69. *Ni quíd tibi hinc in spém refers,* Ep. 3, 2, 3. [3]) *V't me in tricas cóniecisti,* Pers. 5, 2, 18. *tandem rédii vix veram ín viam,* Cas. 2, 6, 17. *Nunc pól ego demum in réctam redii sémitam,* ib. 2, 8, 33. *Sciéns de via ín semitám degredíre,* ib. 3, 5, 40. [4]) *Súo viaticó reduxit me úsque ex errore ín viam,* Pseud. 2, 3, 2. *paucis in v. Dedúcam,* Trin. prol. 4. *me á peccatis rápis deteriorem in v.*, Trin. 3, 2, 54. *in rubórem te totúm dabo* (virgis), Capt. 5, 2, 9. *Iussín' in splendorém dari bullás has foribus nóstris?* Asin. 2, 4, 20. *Néc sua opera rédiget unquam ín spl. cómpedes,* Aul. 4, 1, 16. *Síc ego illúm dolis átque mendáciis I'n timorém dabo militarem ádvenam,* Pseud. 4, 1, 19. Eadem sententia contrario modo dicitur in hoc: *in sése concipiét metum,* Amph. 1, 1, 145. — *sedítionem in tranquillum cónferet,* Amph. 1, 2, 16. *A'lcumenam Iúppiter Rediget antiquam cóniugi in concórdiam,* Amph. 1, 2, 13. [5]) *iam vos redístis in c.?* ib.

[1]) ita Lind. haud dubie recte pro vulg. *quem? in m. v.*

[2]) ita cum Pall. et ed. Pr. legendum; *Δ*p cum vulg. *V. h. mihi M. in m.*

[3]) vulg. *referas.*

[4]) vulg. *degredere,* W. *regredire.*

[5]) vulg. *in concordiam coniugis,* cf. Lind.

3, 3, 7. *rédeunt rursum in grátiam*, ib. 3, 2, 59. *Tu cum Alc. uxóre antiquam in gr. Redí*, ib. 5, 2, 11. *Intér eos rursum sí reventum in gr. est*, ib. 3, 2, 61. *Cumque eó reveni ex inimicitia in gr.*, Stich. 3, 1, 8. *In amíciliam atque gr. convórtimus*, ib. 13. *Mé germanam mĕam sororem in cóncubinatúm tibi Síc sine dote dédidisse mágis quam in matrimónium*, Trin. 3, 2, 64 sq. [1]) *fíeri ferme nón potest, Vt eám perpetiar íre in matrimónium Sine dóte*, ib. 3, 3, 4. *Vbi erit locatu vírgo in m.*, ib. 52. *Eŭm sororem déspondisse suam ín tam fortém fámiliam*, Trin. 5, 2, 9. *At nunc liber ín divitias, fáxo, venies*, Capt. 5, 4, 13. *Ts in div. hómo adoptavit húnc*, Poen. 4, 2, 82. *filiam Suám despondit ín d. máxumas*, Cist. 2, 3, 57. *sine dóte ille illam in tántas d. dabit?* Trin. 3, 1, 4. (liberos) *paránt sedulo ín firmitátem* (i. e. educando eos reddunt firmos et constantes), Most. 1, 2, 41. *Si húius huc recónciliasso in libertatem filium*, Capt. 3, 4, 44. *hunc reducem in l. feci*, ib. 5, 1, 11. *sororem in l. — concilio*, Ep. 5, 1, 47. *nám si semel amíseris Líbertatem, haud fácile te in eum rúrsus restitués locum*, Mil. 3, 1, 108. [2]) *In eum haéc revenit rés locum*, Bacch. 4, 2, 24. [3]) *Nil moror, quae in sérvitutem súmptibus redigúnt viros*, Aul. 2, 1, 47. *quómodo ad hunc devénerim In sérvitutem*, Mil. 2, 1, 18 sq. — *In Amphitruonis vórtit sese imaginem*, Amph. prol. 121. *iam ego mé convortam in hirúdinem*, Ep. 2, 2, 4. *In ánginam ego nunc mé velim vorti*, Most. 1, 3, 61. [4]) *Credo álium in aliam béluam hominem vórtier, Illic ín columbam, crédo, leno vórtitur*, Rud. 3, 6, 48 sq. *Tu hércle, opino, in vídulum piscém convortes, nísi caves*, ib. 4, 3, 60. [5]) Contraria ratione idem dicitur in hoc: *quóniam formam cépi huius in me ét statum*, Amph. 1, 1, 110. *si quid pér iocum Dixí, nolite in sérium convórtere*, Poen. 5, 5, 42. *Deduntque se — In ditionem atque in árbitratum cúncti Thebanó poplo*, Amph. 1, 1, 103. *auris meás profecto dédo in d. tuam*, Mil. 4, 1, 8. *V't meae gnatae ad mé redirent ín potestatém meam*, Poen. 5, 4, 106. *Isque* (vidulus si) *in p. m. pervénerit*, Rud. 5, 2, 54. *si vídulum Húnc redegissem ín p. ęius*, ib. 5, 3, 23. *Móres leges pérduxerunt iam ín p. suam*, Trin. 4, 3, 30. *Tn tuam custodélam meque et meăs spes trado, Tránio*, Most. 2, 1, 59. [6]) *visus sum In cústodelam símiae concrédere* (capram), Merc. 2, 1, 9. [7]) *qui Veneri — Móre antiquo in cústodelam*

---

[1]) vulg. *dedisse*; em. Cam.

[2]) vulg. *si istam semel* et *eundem* pro *eum*; em. Lind.

[3]) vulg. *eum nunc haec*, sed *nunc* omnino versui obstat; delevit W.

[4]) vulg. *me* abest haud dubie per errorem; est enim in Θs, L. Pr.

[5]) cf. de *ab* praep. p. 24. not. 1.

[6]) vulg. *custodiam*, em. Both.; W. *me* contra Θs, L. Pr.

[7]) vulg. *custodiam eam*, sed *eam* abest a ΔΘps, L. Pr.; recte Both. emendavit; W. falso *custodelam eam*, cf. Annott. in Rud. p. 36 sq.

suum commiserúnt caput, Rud. 3, 2, 11. *In cústodelam nós tuam ut recípias et tutére*, ib. 3, 3, 34. *Fortásse metuis ín manum concrédere*, Pers. 3, 3, 36. — Initium autem actionis, quam quis suscipit, in his manifestum est exemplis: *I'n fugam séd tamen némo convórtitur*, Amph. 1, 1, 83. [1]) *Perduélles penetrant se ín f.*, ib. 94. *méne vis dem ipse ín pedes?* Capt. 1, 2, 12. *mé continuo cóntuli protinam ín p.*, Bacch. 3, 1, 7. *quín, pedes, vos ín curriculum cónicitis?* Merc. 5, 2, 91. [2]) *Cúrre in obsidium pérduelleis*, Mil. 2, 2, 67. [3]) *insipientia — sit Me ire ín opus alienúm* (i. e. aggredi opus), Mil. 3, 3, 6. *Abi rús, abi dieréctus tuam in províncíam* (i. e. ad negotia tua), Cas. 1, 15.

9. Hinc fit ut *in modum* dicatur pro eo, quod *modo* sive *ratione;* nam necesse est aliquam rem transire in modum, priusquam certo quodam modo et habitu apparere possit. Similiter ratio et modus indicatur verbali locutione *in pauca referre* aut *conferre* pro *paucis referre* aut *narrare:*

ornátus in novúm modum, Amph. prol. 119. *Nunc tú mi amicus és in germanúm m.*, Cas. 3, 4, 25. *agetur aétas in malacúm m.*, Bacch. 2, 3, 121. *perii pláne in perpetuúm m.*, Most. 3, 1, 5. *Delúdificatust me hódie in p. m.*, ib. 4, 3, 41. [4]) *I'taque eam huc ornátam adducas ín matronarúm m.*, Mil. 3, 1, 196. [5]) *et tu gnatám tuam Ornátam adduce lépide in peregrinúm m.*, Pers. 1, 3, 78. [6]) *Is homo éxornetur gráphice in p. m.*, Trin. 3, 3, 38. — *vérba in pauca cónferam*, Asin. 1, 1, 75. *Quam pótero in v. c. paucíssuma*, Men. prol. 6. *in pauca refer* (i. e. brevibus narra), Cas. 3, 5, 21. *in p. confer*, Poen. 5, 4, 54. *in p., ut óccupatus núnc sum, confer quíd velis*, Pseud. 1, 3, 44. *Túm tu pauca in vérba confer*, Pers. 4, 4, 109.

10. Coniungitur *in* cum re, cui aliquid destinatum est, aut consilium indicat quo aliqua actio suscipitur:

Provocat me in aleam, Curc. 2, 3, 76. *Non meministi me — ad te afferre — anellum aureolum in digitum*, Ep. 5, 1, 34. *Quo in cómmeatum vólui argentárium Proficísci*,

---

1) ita cum Lind. legendum videtur pro vulg. *Sed fugam in se tamen n. c.*

2) vulg. *coniicitis* contra ΔΘp.

3) acc. *perd.* pendet ex verbali nomine *obsidium,* nisi forte *Coge* legendum est pro *Curre.*

4) ita ΔΘps, L. Pr. pro vulg. *Te ludificatus et me;* eodem modo etiam v. 39. legendum.

5) vulg. *Vtique* contra ΔΘps, L. Pr. Par.; tum *modo* sine *in,* quod emendavit Acidalius. Corruptus videtur locus Amph. 1, 1, 145. et recte a Lind. emendatus: *I'gitur magis maiórem demum in sése concipiét metum* pro vulg. *Igitur magis modum in maiorem in s. c. m.*

6) vulg. *et tu tuam gnatam tamen.*

Pseud. 1, 5, 9. *Illam — in cóncubinatúm sibi Volt émere miles*, Poen. prol. 102. *qui quaérítet argéntum in foenus*, Asin. 2, 4, 23. *eam te in libertatem* (um ſie frei zu laſſen) *dicas emere*, Ep. 2, 2, 93. *obsóniumque in núptias* (accipe), Aul. 2, 6, 3. *vocabit húc eam ad se in n.*, Cas. 2, 8, 45. *Praéterea unam* (minam dedi) *in óbsonatum*, Truc. 4, 2, 27. *Quasi in órbitatem filios prodúxerim*, Capt. 3, 5, 105. *mures Africanos praédicat In pómpa ludis dáre se velle aedílibus*, Poen. 5, 2, 51 sq. *Neque illic calidum éxbibit in prándium*, Mil. 3, 2, 19. [1]) *I'n eam rem, si quid habebo, tibi quoque etiam próderit*, Truc. 4, 4, 22. [2]) *Aút aliquem ad regem ín saginam érus se coniecít meus*, Trin. 3, 2, 96. *Vt in úsum boní sint et ín speciem pópulo*, Most. 1, 2, 42. [3]) *quoque* (i. e. *et quo* argento), *opus in sumptus fuit*, ib. 3, 1, 7. *Nóctu in vigiliám quando ibat miles*, Pseud. 4, 7, 84.

11. Item consilium actionis indicatur, ubi quis pignore certat cum aliquo, aut legibus quibusdam cum altero paciscitur; uterque enim eorum qui contendunt pignus propositum assequi studet aut legibus illis satisfieri cupit:

Sí vis tribus bolis vel in chlamydem (paratus sum ludere), Curc. 5, 2, 13. *mecum pígnus, si quis vólt, dato In úrnam mulsi*, Cas. prol. 76. *ni érgo matris fília est, I'n meum nummum, in tŭum talentum pígnus da*, Ep. 5, 2, 36. *Da pignus, ni nunc péieres, in sávium, uter utrí det*, Poen. 5, 4, 72. [4]) *in legés meas Dábo*, Asin. 1, 3, 81. *eó condixi in sýmbolam Ad coenam*, Stich. 3, 1, 28.

12. Porro indicat *in* dirigi aliquam actionem hostiliter adversus rem aut hominem:

iam ín vos incursábimus, Bacch. 5, 3, 29. *Trágulam in te iniícere adornat*, Ep. 5, 2, 25. *At vólui iniicere trágulam in nostrúm senem*, Pseud. 1, 4, 14. [5]) *inténdam ballistam ín senem*, Bacch. 4, 4, 58. [6]) *in hunc inténde digitum*, Pseud. 4, 7, 45. [7]) *ín oculos invadi nunc est óptumum*, Asin. 5, 2, 58. *Lássitudine ínvaserunt mísero in genua flémina*,

---

[1]) vulg. *ille hic.*

[2]) verba a metro et sententia laborant; Both. *quiddam*, W. *quid ego* quod magis placet. Pro *In* videtur *Ob* legendum.

[3]) vulg. *Vt et in u. b. et in sp. p. Sint;* em. W.

[4]) vulg. *periures* contra versum.

[5]) Idem verbum etiam dat. adsciscit, velut Most. 3, 1, 43. *Continuo adveniens pilum iniecisti mihi.* Pseud. 2, 1, 15. *Metum et fugam perduellibus meis iniiciam.*

[6]) vulg. *intendebam balistam.*

[7]) idem verbum cum dat. invenitur Poen. 1, 1, 73. *Quoi iam infortuni inténta ballista ést probe.*

Ep. 5, 2, 5. *invádam extemplo in óppidum antiquom ét vetus*, Bacch. 4, 4, 60. *Vix cómprimor, quin involem illi in óculos stimulatrici*, Most. 1, 3, 46. *iámne in hominem involo?* Mil. 5, 7. [1] *facit récta in anguis impetum*, Amph. 5, 1, 63. *metui ne in me faceret imp.*, Capt. 4, 4, 4. *Hic equus non in árcem, verum in árcam faciet ímp.*, Bacch. 4, 9, 19. *Mé iubes facere imp. in eum*, Men. 5, 2, 116. *in popinam pédisequi irruptionem fácite*, Poen. prol. 41. *quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius irructas?* Pseud. 5, 2, 6. *pergin' ructare in os mihi?* ib. 9. *Qui per voluptatém tuam in me aerúmnam obsevistí gravem*, Ep. 4, 1, 30.

13. Eadem actio hostilis ita cogitatur, ut aliquis in ea sit motus superne:

tum árbores in té cadent, Men. 2, 3, 25. *in te irruent montés mali*, Ep. 1, 1, 78. *Móntes tu quidém mali in me ardéntes iamdudúm iacis*, Merc. 3, 4, 42. *Omnés in te istaec récident contuméliae*, Men. 3, 2, 54. *quoi multa in unum locum confluunt* (i. e. in quam multa mala cumulantur), Ep. 4, 1, 2. *Tántae in te impendént ruinae*, ib. 1, 1, 77. [2]

14. Idem animus, quo quis est adversus alterum aut se ipsum, imprimis dicendo et faciendo apparet; hinc *bene* vel *male dicere* et *facere* et similia *in* praepositionem adsumunt, quanquam etiam solus dativus invenitur, velut *male dicere* Bacch. 3, 3, 60. Most. 4, 2, 12 sq. Men. 2, 2, 35. 40. *nec recte dicere*, Most. 1, 3, 83. *male* et *bene facere*, Poen. 3, 3, 20 sq. Men. 5, 2, 108.

hic in me inclementer dícit, Amph. 2, 2, 110. *Néc recte quae tu in nos dicis*, Asin. 1, 3, 3. *quod in se póssit vere dícier*, Curc. 4, 1, 18. *compésce in illum dícere iniusté*, Bacch. 3, 3, 59. *Cave pársis in eum dícere* (i. e. mala dicas quam plurima), ib. 4, 8, 69. *Haec cum aúdio in te díci*, Trin. 1, 2, 66. *Si quíd tu in illum béne voles loquí*, Most. 1, 3, 82. *Séd quanquam multá malaque in me dícta dixistís modo*, Pseud. 1, 3, 138. *Módo quum dicta ín me íngerebas*, Asin. 5, 2, 77. *quae* (dicta) *ín me insontem prótulit*, Amph. 3, 2, 9. *ín vicinum hunc próxumum mendácium — dicam*, Most. 3, 1, 134. *perge in virum* (maledicere, iurgari), Men. 4, 2, 47. *vos néquam et gloriósae Malaeque in nos* (estis), Truc. 1, 2, 55. [3] *Quóniam bene quae in mé fecerunt*, Amph. 1, 1, 29. *ín me peculatúm facit* (amor), Cist. 1, 1, 74. *Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum*, Bacch. 1,

---

[1]) vulg. *iam* contra Θs, L. Pr. Par.

[2]) contra cum dat. Ep. 1, 2, 32. *núnc iam alia cúra impendet péctori.*

[3]) ita cum Both. distinguendum et *quae* omittendum videtur pro vulg. *Malaeque. As. in nos.*

2, 60. [1]) *accuratum hábuit, quod possét mali Fácere et in me incónciliare cópias omnés meas,* Bacch. 3, 6, 21. [2]) *Mihi cértum est efficere ómnia in me eadém quas tu in te fáxis,* Asin. 3, 3, 23. [3]) *Né quid in té mali fáxit ira éxcita,* Cas. 3, 5, 6. [4]) *Exempla edepol fáciam ego in te,* Most. 5, 1, 67. *Neú sinas in me ínsignite fíeri tantam iniúriam,* Men. 5, 7, 19. *iniúria Fácta in nos ést modo,* Rud. 3, 3, 7. *Certúmst moriri quam húnc pati grassári lenonem ín m.* ib. 22. *Si ín me exercitúru's* (pugnos), *quaeso in párietem ut primúm domes* (verberando), Amph. 1, 1, 168. *Illius ira in hunc,* ib. 3, 2, 15. [5]) *Quae néque sunt facta néque ego in me admisi, árguit,* ib. 4. *Quid tándem admisi in me?* Men. 5, 1, 12. *Quí homo culpam admísit in se,* Aul. 4, 10, 60. *assimulábo quasi culpam áliquam in sese admiserint,* Stich. 1, 2, 27. *admísit in se cúlpam castigábilem,* Trin. 1, 2, 6. *Né posterius ín me culpam cónferas,* Amph. 2, 2, 156. *in mútum culpam cónfers, quod nequít loqui,* Truc. 4, 3, 55. *quae ín se culpam cómmerent,* Merc. 4, 6, 12. *videre commeruisse — in te aliquid mali,* Ep. 1, 1, 60. *quási nil indaudíverim Eăs in se meruísse culpam,* Stich. 1, 2, 20. *Suámque culpam expétere in mortalem út sinat,* Amph. 1, 2, 33. *si quid ímperi est ín té mihi,* Men. 5, 7, 41. *Meum, opínor, imperium in te, non in mé tibi'st,* Pers. 3, 1, 15. *quae in me plus potest,* Truc. 4, 2, 42. *I'n erum matura, ín se sera cóndecet capéssere* (i. e. eri res mature, suas tarde perficere), Aul. 4, 1, 4.

15. *In rem esse* commodum et utilitatem indicat et e natura praepositionis facile explicatur; dirigitur enim quasi aliquid sive tendit aliquo ad commodum parandum:

Quae máxume in rem vóstram communém sient, Amph. prol. 10. *Vt aéquom est, quod in rem esse utrique arbitrémur,* Aul. 2, 1, 10. *I'd quod in rém tuam óptumum esse árbitror,* ib. 23. *in r. Hoc tuam est,* ib. 31. *quód in r. récte conducát tuam,* Capt. 2, 3, 26. *ut quam prímum [poteris], istuc in r. utrique est máxume,* ib. 38. [6]) *V't illud, quod tuam in r. béne conducat, cónsulam,* Cist. 3, 4. [7]) *alii sese ita ut in r. Esse ducunt, sint,* Men.

---

[1]) videtur esse *contra aetatem tuam,* ut v. 51 sq. *Compéndium edepol haúd aetati optábile Fecísti, cum istanc náctu's impudéntiam.*

[2]) cf. Ritschl.

[3]) vulg. *in me omnia.*

[4]) Both. et W. *ita percita* pro vulg. *ira percita.*

[5]) vulg. *hanc.*

[6]) *poteris* delendum videtur, cf. Lind.

[7]) integer pes deest; W. et B. *Meum* praeposuerunt admodum languidum, quanquam in cod. Helmst. v. 3. post *animum* legitur. Poterat Plautus etiam addere in exitu *tibi* aut *ego* post *Vt* ita transpositis verbis: *Vt ego illud quod in tuam rem b. c. c.,* quo praeferendum puto.

5, 6, 27.[1]) *Eo exemplo servio, tergi ut in r. esse arbitror*, ib. 27.[2]) *quae in r. sint suam*, Merc. 1, 1, 36. *In r. quod sit praévortaris*, Pseud. 1, 3, 8. *sín tuam est quíppiam in rém*, ib. 22. *quási quid in r. sít, possimus nóscere*, ib. 2, 3, 18. *Vtrum hércle magis in véntris rem vidébitur*, Pers. 3, 1, 14. *age út rem esse in nostrám putas*, ib. 4, 4, 58. *quid magis in rem est?* Rud. 1, 4, 1. *si in r. tuam — esse videatur*, Trin. 3, 2, 2. *satis in r. quae sint méam ego conspició mihi*, ib. 10. *Vide si hóc utibile mágis atque in r. députas*, ib. 3, 3, 19.

16. *In partem* aut proprie intelligitur rem aliquam verti in aliquam regionem aut adverbialem continet notionem pro *partim*, *vicissim:*

Is núnc in aliam pártem palmam póssidet, Most. 1, 1, 31. *In máxumam illuc pópuli partem est óptumum, In paúciores ávidos altercátio est*, Aul. 3, 5, 11 sq. *Agesis tu in partem núnc iam [hunc] delúde atque amplexáre hanc*, Asin. 3, 3, 89.[3])

17. *In commune* adverbii loco dicitur, *in publicum* est ad publicam utilitatem:

metuo in commune (mihi et illi), Asin. 2, 2, 20. *Sed légirupam qui dámnet, det in públicum*, Pers. 1, 2, 16.[4])

18. Usurpatur *in* praepositio ad tempus designandum, vel per quod perpetuum aliquid duraturum sit vel cuius aliqua pars ad rem agendam constituitur vel quo expleto aliquid fieri oportet.

Sérva in perpetuúm tibi amicum me, Capt. 2, 3, 81. *in perpetuom ut placeat*, Stich. 5, 5, 6. *non unum diem, Verum hércle in omnis quántum est* (me in pistrinum condas), Pseud. 1, 5, 120 sq.[5]) *In húnc diem iam túus sum mercenárius*, Poen. 2, 55. *eum circumire in húnc diem*, Pseud. 3, 2, 109. *In húnc diem a me ut cáveant*, ib. 1, 1, 126. *Da in húnc diem operam — mihi*, ib. 1, 5, 134. *Lucró faciundo ego aúspicavi in húnc diem*, Pers. 4, 6, 7. *sumas* (Eleutheriam) — *In h. d.*, Stich. 3, 1, 23. *argentum — sum-*

---

[1]) *ΔΘps aliis ita esse;* corruptus est locus, sed difficilis ad sanandum, quum numeri admodum sint incerti.

[2]) si versus est iamb. octonarius, quales proximi duo, fort. legendum: *Ego hóc exemplo sérvio, ut in rem tergi esse árbitror.* Certe Pareus *Ego* ita in editione scriptum exhibet, quasi sit in codd. et *hoc* tantum abesse ab illis monet.

[3]) *hunc* delendum videtur, facile oriri potuit ex v. sq., ubi eodem versus loco positum est.

[4]) W. *ni* pro *qui;* pro *det* fort. legendum *duit.*

[5]) vulg. *unum quidem Diem modo* contra versum; deleverunt *quidem* et *modo* Both. et W.

psit foénore I'n dies minúsque argenti síngulas nummís, Ep. 1, 1, 52. *Cocus ille nundinális, in nonúm diem Solet íre coctum*, Aul. 2, 4, 45. *ad forum procedere In eum diem* (i. e. eo die), Cas. 3, 3, 3. *in crastinum vos vocabo*, Pseud. 5, 2, 33. *Númquam edepol me vívom quisquam in cr. inspiciét diem.* Stich. 4, 2, 55. [1]) *Aliúm convivam quaérito tibi in húnc diem*, Stich. 3, 2, 24. *ille herí me iam vocáverat In h. d.*, ib. 4, 1, 13. *Tu ín perendinúm paratus sís ut ducas*, Trin. 5, 2, 65. *Affatim est hominum, in dies qui singulas escás edunt* (einmal des Tages), Men. 3, 1, 10.

Imprimis notanda est formula *in dies* apud comparativam notionem, von Tage zu Tage:

quia, malúm si promptet, ín dies faciát minus, Bacch. 3, 3, 62. *Nám ubi mores détieriores íncrebrescunt ín dies*, Merc. 5, 1, 9. *quae* (maceria) *in noctes síngulas Látere fit minór*, Truc. 2, 2, 48. — *Spes prórogatur míliti in aliúm diem* (Termin), Aul. 3, 5, 57. *Neque viri vitam sinet in crastinum protolli*, Cas. 3, 5, 43. *hoc ín diem extollám malum*, Mil. 3, 2, 47. *res sérias Omnés extollo ex hóc die in aliúm diem*, Poen. 2, 52. *In vésperum paráre piscatúm mihi*, Most. 1, 1, 64. *Rés parata ést mala in vésperum huíc seni*, ib. 3, 2, 11.

19. Addenda suut exempla nonnulla *in* praepositionis cum accusativo positae, in quibus ex certissimis linguae latinae legibus ablativus requiritur. De aliis quidem dubitari potest, num vere ita Plautus scripserit; alia tamen excusationem habent ab aliorum scriptorum usu quanquam raro:

ubi in lustra iacuisti? St. Egone in lustra? Cas. 2, 3, 26 sq. Varietas librorum nulla a Pareo profertur; quod sit metrum in illa scenae illius parte (v. 19—33.) incertum est. De altero exemplo ex Epid. 2, 2, 7. *Nam égo illum audívi in amórem haerere apud néscio quam fídicinam*, non videtur dubitandum, nam potest *haerere* idem esse quod *pronum, inclinatum esse in amorem, deditum amori.* — Nec dubitaverim de Pseud. 4, 5, 9. *Verum ín pistrinum, crédo, ut convenit fore.* nec de Poen. 5, 4, 108. *facito in memoriam habeas*, nec de Rud. 4, 2, 31. *Mágnas res hic ágito in mentem instruere,* cuius constructionis certe similia etiam apud alios scriptores, vel apud Ciceronem, inveniuntur. Atque in postremo exemplo *in mentem instruere* vel motus quidam cogitari potest. Certa autem, ni fallimur, sunt exempla formulae *in mentem est* pro *in mentem venit*, quanquam facillima ubique fere emendatio est; nam etiam Amph. 1, 1, 25. *número mi in mentém fuit*, possit aliquis antiquam ablativi formam in *i* revocare velle, qualis certa est apud

[1]) vulg. *prospiciet* contra versum, sed *Δp* *inspiciet*.

Plautum in *parti*, *sorti.* Sed non opus est emendatione. Reliqua eius formulae exempla sunt haec: Bacch. 1, 2, 53. *écquid in mentem ést tibi?* Amph. 2, 2, 34. *Quí tibi nunc istúc in mentem est?* ita enim recte Lind. pro vulg. *Q. t. i. in m. venit?* et ib. v. 78. *Qui ístuc in mentem ést tibi?* Lind. e Pal. 5. legendum censuit, quanquam in reliquis Pall. et Δp *mente* legitur.

20. Corrupti vero videntur hi loci:

Aul. 3, 6, 48 sq.

Fidés, novisti me ét ego te: cavesís tibi
Ne tu in me mutassis nómen, si hoc concréduo.

ita vulg. cum omnibus codd. legitur; et quanquam recte hoc loco *in me* explicari potest an mir, ita ut ablativus sit, tamen non *tu* videtur delendum, sed facilius est scribere *Ne tu ímmutassis nómen.*

Cas. 5, 4, 12. *in id fieri non potest* omnino tolerari nequit; W. *enim id*, sed in tanta numerorum ambiguitate nihil certi constitui potest.

Most. 4, 2, 42. *nunquam hic triduum in unum desitum est esse et bibi*, Ritschelius in Commentatione de turbato scenarum ordine Mostellariae Plautinae p. 38. praeclare ita emendavit codicis Ambrosiani ope: *n. h. tríduum unum désitumst potárier.*

Pseud. 3, 2, 53. *Eum in odórem coenat Iúppiter cotídie*, delendum cum W. *in;* in Mss. Parei teste Grutero non *in* legitur, sed *Eum modorem.*

In Poen. 1, 2, 89. *Aúrum in fortuna ínvenitur, nátura ingeniúm bonum*, haud dubie recte W. cum B. *in* delevit. Nihil denique habeo ad postremum locum emendandum Truc. 2, 2, 59. *Néque istuc in se gestit,* nec satisfaciunt aliorum coniecturae.

